9.3

De nuditate sacra sacrisque vinculis

scripsit

Josephus Heckenbach

Gießen 1911
Verlag von Alfred Töpelmann (vormals J. Ricker)

BL
25
K38
V.9;3
OC
R279
v.9:3

Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten

begründet von

Albrecht Dieterich und **Richard Wünsch**

herausgegeben von

Richard Wünsch und **Ludwig Deubner**

in Königsberg i. Pr.

IX. Band 3. Heft

Kapitel I und II wurden als Dissertation von Münster 1910 unter dem Titel *De nuditate sacra capita duo* veröffentlicht.

Prooemium

In Graecorum Romanorum ritibus sacris saepe ad religionem videtur pertinere, ut personae actiones sacras peragentes corpore nudo fungantur munere divino. Quibus in caerimoniis nuditas, quae longe ab huius aetatis humanitate abhorret, nihil turpe atque impudicum in se habebat. Sed veteres cum deos ea ratione venerarentur, ut rituum praescriptorum seriem accuratissime exsequerentur (v. Fustel de Coulanges *La cité antique, übers. von* P. Weise, Berlin 1907, 198), quorum vel minimo neglecto actiones sacras inritas fieri putabant, nuditatis etiam religionem ex antiquissimis temporibus velut sacram tanta tenacitate retinebant, ut ne tum quidem ab ea superstitione desisterent, cum plane fere eruditi eius moris vetustissimi primordiorum obliti essent. Qua ratione facile fieri potest, ut sub nuditatis in rebus sacris religione, ut saepe accidit, nihil aliud intelligamus, nisi temporum incultorum memoriam [1].

Nuditas autem sacra, qua ex origine orta sit quoque modo eam significationem, quam in rebus sacris ei adscripserunt antiqui, adepta sit, optime cognoscimus ex populorum ferorum et barbarorum moribus, apud quos haud raro consuetudines videmus antiquarum simillimas.

Nam gentibus incultis primo pudorem atque pudicitiam, tum vestium tegumenta innotuisse, praecipue si caeli favore

[1] C. Weinhold *Zur Geschichte des heidnischen Ritus, Abh. d. Berl. Ak.* 1896, 1, qui nuditatis omnium fere gentium exempla contulit.

corpora a frigore tueri non cogerentur, nationum rudissimarum vitae consuetudine discimus[1].

Deinde autem homines partes verecundiores subligaculo quodam tegere coeperunt, sive quod ornandi causa vestibus utebantur (Müller *Nacktheit und Entblössung* 3 sqq.), sive, ut ait Große (*Anf. d. Kunst* 96), *die primitive Schamhülle ein sexuales Reizmittel war, weil man durch sie, während sonst der Körper nackt war, auf die Schamteile besonders aufmerksam geworden war.*

Alio autem modo E. Fehrle *Kultische Keuschheit im Altertum, Rel. gesch. Vers. Vorarb.* VI (Gießen 1910) 38 adnot. 4 auctorem H. Ellis *Geschlechtstrieb u. Schamgefühl, übers. v.* Kötscher, Lpzg. 1900, 58 secutus, principia vestitus ab ea origine ducit, quod homines superstitiosi genitalia a mala effascinatione tueri putabant.

Itaque pudenda velare cum gentes eruditiores consuevissent, eas partes denudare pudebat[2] et naturam abscondere decorum esse putabatur[3].

Quo pudore factum est, ut partium denudatio praecipue alterius sexus crimini daretur et earum ostentatione iniuriam inferri putarent. Qua de causa, ne genitalium aspectu numen offendat, virgo nuda adorans in Nicosthenis vase depicta (*Wiener Vorlegeblätter* 1890/1, tab. II) eam partem manu obtegit, *weil das Zeigen der Scham die Gottheit beleidigt*[4].

---

[1] Waitz-Gerland *Anthropologie der Naturvölker* VI 735—738; E. Große *Anfänge der Kunst*, Frbrg. i. Br. 1894, 93. Huius status primitivi vestigia Homeri carmina praebere videntur. In Telemachia enim Polycasta Telemachum (Od. III 364), Helena Ulixem (Od. IV 252) lavisse narratur, quo officio aliis locis ancillae fungi solitae erant, *denen gegenüber das Schamgefühl weit geringer war als gegenüber freien Frauen* (W. A. Müller *Nacktheit und Entblössung in der oriental. u. älteren griech. Kunst*, diss. München 1905, 74, qui locos eo spectantes collegit).

[2] Cf. Müller *Nackth. u. Entbl.* 74; Herodot. I 10; Plato rep. V 3, 452 C; Xenoph. Agesilaos I 20 = Hellenic. III 4, 19; v. etiam Große *Anf. d. K.* 93.

[3] Cf. Müller l. c. p. 73. Itaque Graeci in ludis gymnasticis primo partes subligaculo tegere solebant, Thuc. I 6; Il. XXIII 683; Od. XVIII 67. Ulixes in procorum nece γυμνώθη ῥάκεων (Od. XXIII 1), sed ut scholiasta adnotavit, habet τὰ σκέποντα τὰ ἀναγκαῖα, quod etiam cognoscitur ex v. 486 sqq. Cf. etiam Marx, Rh. Mus. XLII 251.

[4] Cf. Fehrle *Kult. Keuschheit* 38 adnot. 4, qui de eo gestu verba

Ad eandem opinionem redire videtur vis averrunca, quam cum nuditati tum gestui obscoeno adscripserunt homines superstitiosi[1]. Quam velut nuditatis sacrae significationem propriam defenderunt R. Heim, Incantamenta magica, *Jahrb. f. Philologie Suppl.* XIX (1891) 507; W. Crooke *An introduction to the popular religion and folklore of Northern India*, Allahabad 1894, 40. De ea re recte videtur iudicavisse C. Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 4.

Cum autem gentes cultu inferiores ita adultae essent, ut corpora vestibus amicirent, tamen sacris divinis interesse solebant vestimentis tantum depositis. Nam cum hominum simplicium mentes rebus novis et nuper inventis suspicione non modo, sed etiam metu impleantur[2], etiam vestimenta a rebus sacris removebant, ne qua ratione deorum iram incitarent. Huc accedit, quod vestibus impuritatem quandam inesse putarent, quam ut mundi ad deorum fana accederent, solvere fas erat.

Quam ob rem homines, antequam officium sacrum subirent, ut ab omni piaculo liberi essent, corpus lustrare debebant[3]. Quod eo efficere posse putabant, ut vestes, quas actionibus sordidis aut daemonum malis artibus[4] pollutas esse credebant, una cum immunditate exuerent (Oldenberg *Religion des Veda*, Berlin 1894, 494). Quantam ei purificationi vim inesse crediderint, optime docemur usu gentis ferae, de quo refert Fehrle

---

fecit. Conferas etiam Iudaeorum morem II. Mosis 20. 6; II. Mosis 28. 42; III. Mosis 6. 3; Müller *Nacktheit* 40. Apud Romanos putabatur esse flagitii principium nudare inter cives corpora, Cic. Tusc. IV 33; Plut. Rom. 33. Sed de ea religione infra fusius explicabimus.

[1] Cf. quae affert ex Germanorum et aliarum gentium superstitione exempla Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 10, 35, 43, 45.

[2] J. G. Frazer *Le rameau d'or, traduit par* R. Stiebel *et* J. Toutain T. I Paris 1903, 274 sqq.

[3] Cf. J. Lomeier, De veterum gentilium lustrationibus, Ultraiect. 1681; E. Rohde *Psyche*[3] 1903 v. index s. v. *Kathartik*; Boetticher *Tektonik der Hellenen* II, Potsdam 1849, 48 sqq. 55 sqq.; Hermann-Stark *Gottesdienstl. Altert.*[2] 1858 p. 133; L. Schmidt *Ethik der alten Griechen*, Berlin 1882, I 118 sqq.

[4] G. Anrich *Das antike Mysterienwesen*, Göttingen 1894, 15; W. Wundt *Völkerpsychologie* II[2] Lpzg. 1906, 318 sqq.; Th. Wächter *Reinheitsvorschriften im griech. Kult, Rel. gesch. Vers. Vorarb.* IX 1 (Gießen 1910) 2 sqq.

Kult. Keuschheit 37 auctore Rascher *Die Sulka, ein Beitrag zur Ethnographie von Neu-Pommern, Archiv für Anthropologie* N. F. I (1904) 211. Viri concubitu maculati (cf. Fehrle l. s. p. 25 sqq.) publice in mari purificantur, qua in caerimonia vestes, quas in actione immunda in corpore habuerant, abicere fas est. Lustratione autem peracta novo tegumento teguntur (cf. H. Oldenberg *Religion des Veda*, Berlin 1894, 398). In symbolis porro Pythagoreis iubetur *εἰς ἱερὸν εἰσιέναι καθαρὸν ἱμάτιον ἔχοντα καὶ ἐν ᾧ μὴ ἐγκεκοίμηταί τις*, Iambl. vita Pythagorica 111 (ed. Nauck), quod Boehmius (De symbolis Pythagoreis, diss. Berol. 1905) 9 eo refert, „quod homines superstitiosi putabant dormientes maxime incursionibus daemonum nocturnorum obnoxios esse eorumque vi immunda pollui", v. Fehrle l. c. p. 27. Similiter apud Iudaeos, si quis ex captivis concubinam in domum suam duceret aut ei nubere vellet, *καὶ ξυρήσεις τὴν κεφαλὴν αὐτῆς καὶ περιονυχιεῖς αὐτήν. Καὶ περιελεῖς τὰ ἱμάτια τῆς αἰχμαλώσεως ἀπ' αὐτῆς*, quod praescriptum ad lustrationem spectare F. Schwally *Semitische Kriegsaltertümer*, Lpzg. 1901, 107 docuit. Conferas etiam Nowack *Handkommentar zum alten Testament* I[3] p. 79.

Arabes porro antequam ad deorum sacra adirent, vestes mutare solebant, ne quid sordis inferrent, aut nudo corpore accedebant (F. Wellhausen *Skizzen u. Vorarbeiten*, Berlin 1887, III 106). Itaque cum vestibus exutis corporis immunditia evitari posse putaretur, nuditas postea in lustrationis ritibus habebatur, ut Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 5 de nuditate sacra iudicavit: *Eigentlich musste der ganze Mensch sich der vom Verkehr mit dem Irdischen befleckten Hüllen vor dem Göttlichen entledigen. Der nackte Mensch versetzt sich in den Zustand des noch nicht bekleideten, von dem Leben noch nicht befleckten Kindes.* Sed in ea re audacius processit, cum dicat: *Er nähert sich andererseits den göttlichen Wesen, besonders der unteren Stufe, welche eine Vermittlung zwischen Erde und Himmel bilden und mit den vom Leibe getrennten Seelen zusammenhängen.*

Deinde ut in rebus sacris vestibus vacare fas esse putarent, multum valebat ea superstitio, quod in vestimentis vinculorum quaedam impedimenta inesse suspicabantur homines superstitiosi, quorum maxime timebant nodorum vim nocentem.

Omnes enim fere gentes primitivae nodorum nexibus tribuere solent omen infaustum[1]. Qua opinione facile fieri potuit, ut nodorum implicationibus daemones vinciri crederent, quorum malis artibus actionis sacrae vis magica frangeretur[2]. Ea in re vel ad eam superstitionem accedebant, ut non solum corporis vincula solvenda esse existimarent, sed etiam res sacras corpore plane nudo agerent[3].

Sed etiam alia superstitione nuditas in rebus sacris conservata esse videtur, quae apud gentes incultas *tabu* vocatur. Homines enim profani timebant, ne vestes ipsae, si rebus sacris attingerentur, sacrae eaque re sibi inutiles fierent[4].

Qua ratione factum esse videtur, ut homines ad cultiorem vitae usum progressi, cum primitivae aetatis memoria evanuisset, nuditati tribuerent significationem quandam religiosam, eamque ad ritum sacrum pertinere putarent[5].

Quoniam explicavimus, qua ratione nuditas sacra vim quandam adepta sit lustrantem, restat, ut animum attendamus ad aliam significationem, quae ei subesse videtur nonnullis in caerimoniis sacris.

Homines enim moribus inconditi, quamquam eorum mentes adultiores erant, tamen ad priorem morum statum revertebantur in rebus Venereis. Pudorem enim et corporis amictum abicere solebant, *wenn Menschen zum Geschlechtsverkehr einander gegenübertreten* (Müller *Nacktheit* 6. 56), quod genus vernacula lingua *erotische Nacktheit* vocamus (Müller l. c. p. 6). Quid populi cultu atque humanitate inferiores de ea re cogitaverint, simulacris eorum primitivis, quae quidem ad nostram

---

[1] J. G. Frazer *Le rameau d'or* I 319 sqq.

[2] Rieß, s. v. *Aberglaube* apud Pauly-Wissowa I 35; Wächter *Reinheitsvorschriften* 24 adn. 4.

[3] W. Kroll *Antiker Aberglaube, Sammlg. gemeinverständlicher wissenschaftl. Vorträge v.* Virchow-Holtzendorff 1897, 20 sqq.

[4] v. Robertson Smith *Die Religion der Semiten, übers. v.* Stübe, Frbg. i. B. 1899, 432 sqq.; Oldenberg *Religion des Veda* 407; K. Marti *Gesch. d. israelit. Rel.*, Straßb. 1907, 38 sq.; J. Lippert *Christentum, Volksglaube u. Volksbrauch*, Berlin 1882, 12; Frazer *Le rameau d'or* I 271 sqq.; W. Kroll *Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII (1905) *Beiheft* 45 sqq.; Wundt *Völkerpsychologie* II[2] 300 sqq.; Wächter *Reinheitsvorschriften* 3.

[5] Weinhold *Gesch. heidn. Ritus* 1.

aetatem pervenerunt, docemur. Antiquissimis enim temporibus apud gentes orientales paelices et ancillae, quae praecipue usui Venereo serviebant, cum aliae feminae vestibus amictae essent, nudae depinguntur, cuius rei exempla attulit Müller l. c. p. 24 sq. Cum autem homines simplices deorum imagines sui ipsorum exemplo facerent, ea dea, quae apud Babylonios Ischtar, apud Phoenices Astarte appellata rebus Venereis praeerat [1], aliaeque eius similes nudae vulgari opinione erant [2]. Quarum similes figurae e Graecorum sepulcris vetustissimis erutae sunt, quae viro defuncto additae erant, ut etiam post mortem muliebris amoris frueretur deliciis. Quas amoris usui dedicatas esse homines simplices rudi arte sic designare studebant, ut effigies nudas vulva nimia exornarent [3]. Qua de causa nonnunquam generationis et fecunditatis deae [4] habitae sunt [5]. Quamquam de eis simulacris clare et perspicue decernere non possumus, tamen illud in eis iudicandis magni momenti esse videtur, quod pleraque in virorum sepulcris inventa sunt [6]. Ad earum figurarum nuditatem adnecti potest, quod in rebus funebribus mulieres nudo corpore exequiis intererant. Cuius habitus originem cum homines dediscerent, nuditas luctus funebris propria esse putabatur [7].

Cum autem cum rebus amatoriis et generatione artissima cognatione actiones magicae ad terrae fertilitatem augendam usitatae ex antiquorum et omnium fere gentium opinione cohaereant [8], mirum non est, quod daemones ad terrae fecun-

[1] E. Meyer in Roscheri *Lex. myth.* I 645; A. Jeremias, ibid. II 811; Müller l. c. p. 47. Id vel eo cognosci potest, quod in eius numinis templo prostitutio sacra instituta erat. Roscheri *Lex myth.* I 645; Herodot. I 199.

[2] P. Baur *Eileithyia*, diss. Heidelberg 1901, 3 = Philologus Suppl. VIII 453 sqq. Sed Babylonii ei nuditati falsam rationem supponebant. Nam quod Ischtar dea, cum ad inferos descenderet, omnibus vestimentis privata esse narratur, nuditatis originem ab ea fabula duxerunt (O. Schrader *Höllenfahrt der Ischtar* 1874). At ei interpretationi fidem habere non possumus, quod astrologicam sapere videtur doctrinam; cf. Jeremias in Roscheri *Lex. myth.* II 816; Müller l. c. 51.

[3] F. Poulsen *Arch. Jahrb.* XXI (1906) 177 sqq.

[4] M. Hoernes *Urgeschichte der bildenden Kunst*, Wien 1898, 184.

[5] Baur *Eileithyia* 3 sqq.; Müller *Nacktheit und Entblössg.* 60.

[6] Müller l. c. p. 25, 60 sqq.

[7] Müller l. c. p. 7.

[8] Cf. Baur *Eileithyia* 7 sq.

ditatem attinentes nudi immensis partibus finguntur, Müller l. c. p. 17 sq., 26. Huc spectat Priapi figura apud antiquos notissima. Itaque etiam in rebus sacris ad terrae ubertatem faciendis personas, quae daemonum vice fungebantur, ut daemones ipsos nudas esse necesse erat[1]. Cuius nuditatis apud Graecos Romanos, quamquam saepe coercita est, multa vestigia indagari possunt. Sed etiam in ea re nuditatis origo oblivione obruta erat. Iam igitur ad rem ipsam accedamus.

[1] K. Th. Preuß *Archiv f. Anthropologie* N. F. I (1904) 129 sqq.

CAPVT PRIMVM

De nuditate sacra

Ac primum quidem nuditatis religio ad ritum sacrum videtur pertinere in sacrificiis faciendis. Epirotae in luco Apollini dedicato serpentes venerabantur[1], quibus sacerdos virgo nuda die festo anniversario cibum offerre debebat, qua caerimonia velut ominis causa utebantur[2]. Aelian a. h. XI 2: *Θύουσι δὲ καὶ ἄλλως οἱ Ἠπειρῶται τῷ Ἀπόλλωνι καὶ αὐτοὶ καὶ πᾶν ὅσον τῶν ξένων ἐπίδημόν ἐστι, καὶ τούτῳ δὴ τὴν μεγίστην ἑορτὴν ἄγουσι μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους σεμνήν τε καὶ μεγαλοπρεπῆ. ἔστι δὲ ἄνετον τῷ θεῷ ἄλσος, καὶ ἔχει κύκλῳ περίβολον, καὶ ἔνδον εἰσὶ δράκοντες καὶ τοῦ θεοῦ ἄθυρμα οὗτοί γε. ἡ τοίνυν ἱέρεια, γυμνὴ παρθένος, πάρεισι μόνη καὶ τροφὴν τοῖς δράκουσι κομίζει. λέγονται δὲ ἄρα ὑπ' Ἠπειρωτῶν ἔκγονοι τοῦ ἐν Δελφοῖς Πυθῶνος εἶναι. ἐὰν μὲν οὖν οὗτοι παρελθοῦσαν τὴν ἱέρειαν προσηνῶς θεάσωνται καὶ τὰς τροφὰς προθύμως λάβωσιν, εὐθένειάν τε ὑποδηλοῦν ὁμολογοῦνται καὶ ἔτος ἄνοσον. ἐὰν δὲ ἐκπλήξωσι μὲν αὐτήν, μὴ λάβωσι δὲ ὅσα ὀρέγει μειλίγματα, τἀναντία τῶν προειρημένων οἱ μὲν μαντεύονται, οἱ δὲ ἐλπίζουσιν.* Eius forte similem agi rem sacram in permultis gemmis cognoscimus, in quibus mulieres investes insculptae

---

[1] Vide de serpentium veneratione Stephani *Schlangenfütterung in den orphischen Mysterien*, Petersburg 1873; Dieterich *Abraxas*, Lpzg. 1891, 149; Piper *Myth. d. christl. Kunst* I 72 sqq.; St. Wake *Serpent-worship*, London 1888; Harrison *Journ. hellen. stud.* XIX (1899) 225 sqq.

[2] Serpentes apud antiquos saepe in oraculis habebantur, v. Böttiger *Kl. Schr.* I 128; cf. Propert. IV 8, 3 sqq.

sunt serpentes in arae ignem porrigentes, quas depictas invenies apud Gori, Museum Florentinum tom. II tab. LXXIV 1; tom. II tab. LXXIII 4, apud S. Reinach *Pierres gravées*, Paris 1895, 65; cf. etiam 34 = Gori I 62, 2; 65 = Gori II 74, 3; W. Jones *Finger-ring lore*, London 1877, 101 [1].

Polyxena deinde, quae Achillis numini irascenti consecrabatur, herois ad tumulum nuda immolata est [2]. Eur. Hec. 555 sqq.: *Κἄπειτ' τόδ' εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος, | λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος | ἔρρηξε λαγόνος εἰς μέσον παρ' ὄμφαλον, | μαστοὺς δ' ἔδειξε στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος | κάλλιστα, καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ | ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον· . . . ὃ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων οἴκτῳ κόρης, | τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαρροάς· | κρουνοὶ δ' ἐχώρουν· ἡ δὲ καὶ θνῄσκουσ' ὅμως | πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, | κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών* [3].

Cuius sacrificii imaginem descripsit Paus. I 22, 6, quo Pollianus respicere videtur (Anthol. Plan. IV 150): *Ἅδε Πολυκλείτοιο Πολυξένα, οὐδέ τις ἄλλα | χεὶρ ἔθιγεν τούτου δαιμονίου πίνακος. | Ἥρας ἔργον ἀδελφόν· ἴδ' ὡς πέπλοιο ῥαγέντος | τὰν αἰδὼ γυμνὰν σώφρονι κρύπτε πέπλῳ. | λίσσεται ἃ τλάμων ψυχᾶς ὕπερ· ἐν βλεφάροις δὲ | παρθενικαῖς ὁ Φρυγῶν κεῖται ὅλος πόλεμος.* Aliae eius caerimoniae imitationes, in quibus Polyxena plerumque nuda depicta est, enumerantur in Roscheri *Lex. myth.* III 2737 sqq. [4] Nuda autem Polyxena immolata est, ne in actione sacra numen vestium impuritate violaretur. Tamen superesse videtur alia causa, qua Polyxenae nuditatem explicare possimus. Nuda enim sacrificata est, quod apud inferos Achillis sponsa [5] esse debet. Sen. Troad. 942—944:

> Polyxene miseranda, quam tradi sibi
> cineremque Achilles ante mactari suum,
> campo maritus ut sit Elysio, iubet.

[1] Kroll *Antiker Aberglaube*, Hamburg 1897, 20; R. Dedo, De antiquorum superstitione amatoria, diss. Greifsw. 1904, 13.

[2] Cf. Furtwängler *Antike Gemmen* II 105; tab. XXI 52.

[3] Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 26.

[4] Similiter Iphigenia in Timanthis pictura, ad quam redire videtur imago illa notissima Pompeiis inventa, immolatur corpore denudato, Baumeister *Denkm.* I 755; Helbig n. 1304.

[5] O. Schrader *Totenhochzeit*, Jena 1904, 34.

Quae amoris fabula, quamquam aetate Alexandrina, qua poetas eiusmodi enarrationes inprimis excoluisse constat, exornata est, tamen vestustior esse videtur. Qua ex deliberatione Polyxenae in sacrificio nuditas videtur esse perspicua, de qua haud aliter iudicamus ac de nuditate in re funebri usitata. Sed eius rei infra commonefaciam.

Sacrorum ritui adscribere licet etiam camillorum habitum, quos praeter subligaculum nudos sacrificiis interesse testatur Verg. Aen. XII 116:

> Campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
> dimensi Rutulique viri Teucrique parabant
> in medioque focos et dis communibus aras
> gramineas; alii fontemque ignemque ferebant
> velati limo et verbena tempora vincti[1].

Ov. fast. I 319:

> Nominis esse potest succinctus causa minister
> hostia caelitibus quo feriente cadit.

IV 513:

> A bove succincti cultros removete ministri.

In Lesbonicae nuptiis, quas apud A. Baumeister *Denkmäler d. klass. Altertums* III 1687 depictas invenies, Scipionem minister symbola sacra portans sequitur, nudus, limum tantum indutus. Item in sarcophago, cuius simulacra A. Roßbach *Untersuchungen über die röm. Ehe*, Stuttg. 1853, 388 descripsit, victimarius nudus est limo amictus[2]. Eodem habitu

[1] Traditur nonnullis codicibus *velati lino*, quod veteres grammatici falso coniecerunt pro limo rarius usitato, v. schol. Serv. ad hunc locum.

[2] Cui rei conferas, quod de furtorum quaestionibus duodecim tabularum legibus praescriptum erat, *ut qui quaerere velit, nudus quaerat, linteo cinctus, lancem habens* (Gai Inst. III 192), cum quasi munere divino quaesitor fungeretur. Idem cognoscitur ex Aristoph. nub. 498 sq.: *Οὐκ ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.* | *ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγ' εἰσέρχομαι.* Plato legg. 12. 954 A: *φωρᾶν ἂν ἐθέλῃ τίς τι παρ' ὁτῳοῦν, γυμνὸς ἢ χιτωνίσκον ἔχων, ἄζωστος, προομόσας τοὺς νομίμους θεοὺς ἢ μὴν ἐλπίζειν εὑρήσειν, οὕτω φωρᾶν*, cf. Ar. vesp. 103; Isaeus VI 42; Gell. XI 18, 9; XVI 10, 68; v. etiam quae van Leeuwen et Blaydes ad Aristoph. nub. 498 adnotaverunt. Nudi autem ingrediebantur, ut interpretatur scholiasta, ne quaesitores aliquid sub veste absconderent et auferrent, aut, si reo furtorum malum inferre vellent, rem quaesitam sub veste abstrudentes ingrederentur et

camilli in sacrificio parando occupati sunt in arcu Titi[1], item in ara Domitii Ahenobarbi[2]. In arcu in Augusti honorem Susae exstructo camilli tunicati, victimarii hostias secum ducentes nudi, subligaculo tantum tecti sunt[3].

Eodem modo apud Graecos in vasis Menidis inventi ornamentis cum sacerdotibus sacra agentibus camillus depictus est nudus praeter limum[4].

Quem camillorum habitum in rebus sacris tantum usitatum ex antiquissimis temporibus velut religiosum esse servatum verisimile est. Neque aliter iudicandum erit de lupercorum vestitu, de quibus infra explicabimus.

Deinde in votis nuncupandis antiqui nonnunquam nudi, ne vinculorum vi impediente prohiberentur et precationis vis magica solveretur[5], deorum auxilium exorabant. Etsi postea nuditas sacra plerumque ad pedes solos pertinuit, tamen illum morem servatum esse compluribus ex monumentis discimus. Ut sigillaria in Creta reperta supplicantium nudorum imagines esse exposuit G. Karo *Arch. f. Rel. Wiss.* VIII (1905) 149. In lapide Geronthris effosso duos iuvenes investes videmus heroem vestibus ornatum adorantes[6]. Statuae iuvenum nudorum velut dona votiva Olympiae[7], Delphis[8], aliisque locis[9] erutae, manu alte porrecta precantium praebent speciem[10]. Denique in patera, quae est in Museo Britannico (*Vases cat.* I 984) adulescens nudus depictus est, qui ad gymnasii aram digitum indicem alte extendit, quo gestu antiquos in precando

---

deinde se invenisse dicerent. Tamen suspicio non abest, quin nuditatem in furtis detegendis haud aliter atque in rebus sacris conservaverint velut habitum antiquissimum, v. R. v. Jhering *Vorgeschichte der Indoeuropäer*, Lpzg. 1894, 14 sqq.

[1] S. Reinach *Répert. de Reliefs Grecs et Romains*, Paris 1909, I 275.

[2] Reinach l. c. 277.

[3] Studniczka *Arch. Jahrb.* XVIII (1903) 6; Reinach 419 sq.

[4] P. Wolters *Archäol. Jahrb.* XIV (1899) 104.

[5] G. Appel, De Romanorum precationibus, Gießen 1909, 203.

[6] Schroeder *Athen. Mitt.* XXIX (1904) 45; Müller l. c. p. 101. V. picturam parietariam nuperrime Pompeis effossam *Not. degli sc.* 1910 tab. X.

[7] Olympia IV tab. 16 n. 242—245. [8] *Fouilles de Delphes* tab. 1. 4. 8.

[9] de Ridder *Bronzes de l'Acropole d'Athènes* n. 694. 701.

[10] Müller *Nacktheit u. Entblössg.* 89.

usos esse testatur C. Sittl *Die Gebärden der Griechen u. Römer*, Leipzig 1890, 179.

In Isidis sacris de matrona Iuv. sat. VI 522 sqq.:

> hibernum fracta glacie descendet in amnem
> ter matutino Tiberi mergetur et ipsis
> verticibus timidum caput abluet; inde superbi
> totum regis agrum n u d a ac tremibunda cruentis
> erepet genibus.

Nuditas porro praescripta erat incubationis ritibus. Trophonii oraculum supplices nudo corpore in antrum descendentes consulebant. Schol. in Aristoph. nub. 508, I: *Ὁ Τροφώνιος ... κατεσκεύασεν ἱερὸν ἐν τῇ Λεβαδείᾳ τῆς Βοιωτίας ὑπὸ γῆν καὶ καλεῖται Τροφωνίου· ἐκεῖ οὖν οἱ μυούμενοι καθέζονται ἐπὶ τοῦ στόματος γυμνοί, καὶ ἁρπάζονται ὑπό τινων πνευμάτων καὶ φέρονται ὑπὸ τὴν γῆν*[1]. In Plutonis Nysaei sacrum iuvenes ephebique, cum celebraretur panegyris, meridie nudi atque uncti taurum ducebant. Strabo XIV 1, 44: *Πανήγυρις δ' ἐν τοῖς Ἀχαράκοις συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τότε μάλιστα ὁρᾶν ἔστι καὶ ἀκούειν πέρὶ τῶν νοσούντων τοὺς πανηγυρίζοντας. τότε δὲ καὶ περὶ τὴν μεσημβρίαν ὑπολαβόντες ταῦρον οἱ ἐκ τοῦ γυμνασίου νέοι καὶ ἔφηβοι γυμνοὶ ἀπαληλιμμένοι*[2] *μετὰ σπουδῆς ἀνακομίζουσιν εἰς τὸ ἄντρον. ἀφεθεὶς δὲ μικρὸν προελθὼν πίπτει καὶ ἔκπνους γίνεται*[3].

Neque mysteriorum ritibus nuditatis religio videtur deesse. Qui mysticis disciplinis initiatur, antequam sacris arcanis imbuatur, multis purgationis caerimoniis lustretur necesse est, in quibus vestimenta exuere debet[4]. Nuditas igitur in actionibus sacris ad lustrationem pertinuisse videtur. Itaque in vasis simulacro, quod lustrationis caerimoniam praesentat, iuvenem plane denudatum aspicis[5].

---

[1] L. Deubner, De incubatione, diss. Gissae 1899, 24.

[2] Lectionem, quam codices tradiderunt, Deubner l. c. p. 21 adnot. 1 Dieterichium (Rh. Mus. XLVIII (1893) 279, 2) auctorem secutus, qui *ἀπομάττειν* verbum confert velut caerimoniis mysticis aptissimum, suo iure defendit.

[3] Deubner, De incubatione 21.

[4] G. Anrich *Das antike Mysterienwesen in seinem Einfluss auf das Christentum*, Göttingen 1894, 200 sqq.

[5] *Gazette archéologique* IX (1884) tab. 44; Anrich *Mysterienwesen* 203;

Mithrae quoque in mysteriis nuditatis religionem observatam esse monumenta ad eum cultum pertinentia argumento sunt. In Mithraeo Osterburcensi nudus quidam mysta ante sacerdotem genibus nixus effictus est [1].

Eius similes effigies depictae sunt apud Franc. Cumont *Textes et monuments figurés de Mithra* t. II, Bruxelles 1896, p. 304 fig. 161; p. 312 fig. 170; p. 317 fig. 179; p. 322 fig. 188; p. 326 fig. 193; p. 379 fig. 293; p. 381 fig. 295. Inspicias praecipue Mithreum Heddernhemiense p. VII = monum. 251, v. J. Dölger *Der Exorcismus im Taufritual*, Paderborn 1909, p. 110 sq.

Nuditatem in mysteriorum ritibus adhibitam esse ex Aristoph. nub. 498 sqq. intellegimus, quo loco poetam mysteriorum Orphicorum caerimonias in ludibrium vertisse A. Dieterich, Mus. Rhen. XLVIII 276 evicit. Strepsiades, qui lustratione purgatus ἐπόπτης factus est, in adytum intrat nudo corpore, quo *γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται.*

ἴΘι νυν κατάθου Θοἰμάτιον. — ἠδίκηκά τι; —
οὔκ, ἀλλὰ γυμνοὺς εἰσιέναι νομίζεται. —
ἀλλ᾽ οὐχὶ φωράσων ἔγωγ᾽ εἰσέρχομαι. —
κατάθου· τί λῃρεῖς; —
506 *. . . ἐς τὼ χεῖρέ νυν*
δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον· ὡς δέδοικ᾽ ἐγὼ
εἴσω καταβαίνων, ὥσπερ εἰς Τροφωνίου [2].

Quibus argumentis vel baptismi caerimonias christiani asseram. Nam cum multa paganorum instituta baptismi ritibus recepta sint [3], eis testimoniorum loco perbene uti possumus. Qua ratione christiani nuditatem praecipue in exorcismi ritibus adhibuerint, infra fusius explicabimus.

H. G. Pringsheim *Archäol. Beiträge zur Geschichte des eleusin. Kults*, München 1905, 20.

[1] K. B. Stark *Zwei Mithräen der grossherzogl. Altertumssammlung in Karlsruhe*, Heidelberg 1865, tab. II.

[2] Conferas etiam Plotin. enn. I 6, 7 Volkm. I 93: *Ἐπιστραφεῖσι καὶ ἀποδυομένοις, ἃ καταβαίνοντες ἠμφιέσμεθα· οἷον ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνιοῦσι καθάρσεις τε καὶ ἱματίων ἀποθέσεις τῶν πρὶν καὶ τὸ γυμνοῖς ἀνιέναι*, v. G. Anrich *Mysterienwesen* l. c.; Dölger *Exorcismus* 112.

De ea re agam infra in capite tertio.

Ut in mysteriis Athenis lustrationes etiam post puerperium in more erant, quas Amphidromia nominabant, in quibus nuditas usitata fuisse videtur. Cum enim apud antiquos liberorum et generatio [1] et partus impurus haberetur [2], omnes qui ea impuritate affecti esse videbantur, investes infantem paucis post partum diebus circum aram aedium ferendo lustrabantur. De hoc usu quamquam multa testimonia extant, uno tantum nuditatis mentio fit, apud Hesychium s. v. *δρομιά⟨μ⟩φιον ἧμαρ· ἀμφιδρόμια. ἔστι δὲ ἡμέρα ἑβδόμη ἀπὸ τῆς γεννήσεως, ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσι.* Quo in usu antiquos nuditatis vi lustranti usos esse verisimile est [3].

Nuditati potestatem quandam, ut ita dicam, *sympathicam* inesse voluit S. Reinach [4], *qui a pour objet d'assurer à l'enfant la force et l'agilité, qu'on lui souhaite,* sed eam opinionem postea damnavit.

Sequuntur pompae sacrae, quas praecipue si lustrandi causa fiebant, nudo corpore ducebant antiqui. Primum huc spectant gymnopaedia, quae Lacedaemonii Pythaeo Apollini celebrabant, quem eo venerabantur, ut iuvenes nudi choros ducerent. Paus. III 11, 9: *Σπαρτιάταις δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Πυθαέως τέ ἐστιν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς ἀγάλματα. χορὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος καλεῖται πᾶς, ὅτι ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις, ἑορτὴ δὲ εἴ τις ἄλλη καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι διὰ σπουδῆς Λακεδαιμονίοις εἰσίν, ἐν ταύταις οὖν οἱ ἔφηβοι χοροὺς ἱστᾶσιν τῷ Ἀπόλλωνι.* Bekk. anecd. graec. I 234: *Γυμνοπαίδια· ἐν Σπάρτῃ παῖδες γυμνοὶ παιᾶνας ᾄδοντες ἐχόρευον Ἀπόλλωνι τῷ Καρνείῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ πανήγυριν* [5]. Quibus testimoniis compluria simulacra adiungi possunt. De Apollinis statua, qua deus nudus lyram

[1] Fehrle *Kult. Keuschheit* passim.

[2] P. Stengel *Griech. Sacralaltertümer*, München 1890, 113; Gruppe *Griech. Mythologie*, München 1897, 858 adn. 2; E. Rohde *Psyche*[3] II 70 sqq.; F. Böhm, De symb. Pyth. 11; Wächter *Reinheitsvorschriften* 25 sqq.

[3] Hermann-Blümner *Griech. Altert.*[3] IV 281; P. Stengel s. v. *Amphidromia* in Pauly-Wissowa I 1901; Preuner *Hestia-Vesta* 1864, 54; E. Samter *Familienfeste der Griechen und Römer*, Berlin 1901, 60.

[4] S. Reinach *Cultes, mythes et religions*[2], Paris 1908, I 139.

[5] Cf. etiam Hesych. s. v.; Suidas s. v.; Athen. XV 687b; Eur. Alc. 445 sqq.; Sam Wide *Lakonische Kulte*, Lpzg. 1893, 65; Nilsson *Griech. Feste*, Lpzg. 1906, 140 sq.; Schömann-Lipsius *Griech. Altert.*[2] II 476.

tundens fingitur, egit P. Wolters in opusculo, quod inscribitur *Eine spartanische Apollostatue, Archäol. Jahrb.* XI (1896) 1 sqq.

Quo cum simulacro figuram aeneam nudi lyristae, qui καλάθῳ ornamento magistrorum in gymnopaediis solito coronatus est, comparavit Wolters l. c. p. 8. Sophocles *μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀθηναίων περὶ τρόπαιον ὄντων μετὰ λύρας γυμνὸς ἀληλιμμένος τοῖς παιανίζουσι τῶν ἐπινικίων ἐξῆρχε*, Soph. vita ed. O. Jahn, Soph. El. 3. Athen. I 37 p. 20 E: *Μετὰ γοῦν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν περὶ τρόπαιον γυμνὸς ἀληλιμμένος ἐχόρευσε μετὰ λύρας.* In vase deinde Amyclis invento viri nudi saltantes depicti sunt [1].

Similiter apud Arabes circuitus sacri in more erant, quos homines nudi agebant [2].

Deinde ad res sacras pertinet, quod Alexander Magnus circa Achillis tumulum cum sociis nudus cucurrit et in Achillis numinis honorem ludos instituit. Plut. Alex. 15: *Ἀναβὰς δὲ εἰς Ἴλιον ἔθυσε τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἥρωσιν ἔσπεισε. τὴν δὲ Ἀχιλλέως στήλην ἀπαλειψάμενος λίπα καὶ μετὰ τῶν ἑταίρων συναναδραμὼν γυμνός, ὥσπερ ἔθος ἐστίν, ἐστεφάνωσε μακαρίσας αὐτόν, ὅτι καὶ ζῶν φίλου πιστοῦ καὶ τελευτήσας μεγάλου κήρυκος ἔτυχεν.*

Apud Lacedaemonios virgines in deorum cultu nudae incedebant [3]. Plut. apophth. lac. 13 p. 227 E: *Μεμφομένων δέ τινων τὴν γύμνωσιν τῶν παρθένων ἐν ταῖς πομπαῖς καὶ τὴν αἰτίαν ζητούντων . . . φησι.* Plut. Lyc. 14: *Ἀφελὼν δὲ θρύψιν καὶ σκιατραφίαν καὶ θηλύτητα πᾶσαν οὐδὲν ἧττον εἴθισε* (scil. *Λυκοῦργος*) *τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πομπεύειν καὶ πρὸς*

---

[1] *Archäol. Jahrb.* XIV (1899) 84; Hiller v. Gaertringen, *Thera* I 153; Müller l. s. p. 88.

[2] J. Wellhausen *Skizzen und Vorarbeiten*, III (Berlin 1887) 106; F. Dümmler *Ursprg. d. Elegie*, Philol. N. F. 53, p. 210 sq. = *Kl. Schr.* II 411; cf. H. Grimme *Mohammed*, München 1904, 47. Vide etiam illud Germanorum spectaculum, in quo *nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt* (Tac. Germ. 24), quem morem a rebus sacris ortum esse censet Müllenhoff in *Festgaben an Homeyer*, Berlin 1871.

[3] Cf. *Ephemeris archaeol.* III (1892) tab. 1; Furtwängler *Sitzungsber. der Bayr. Akad. philos.-philol. Cl.* 1905, 265 sqq. tab. 5; Müller *Nacktheit und Entblössung* 82, 142.

ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι καὶ ᾄδειν τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων. Quem morem ea de causa a Lycurgo institutum esse postea dicebant, ut nudarum virginum aspectu iuvenes ad uxores ducendas allicerentur. Plut. Lyc. 15: *Ἦν μὲν οὖν καὶ ταῦτα παρορμητικὰ πρὸς γάμον, λέγω δὲ τὰς πομπὰς τῶν παρθένων καὶ τὰς ἀποδύσεις καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐν ὄψει τῶν νέων, ἀγομένων οὐ γεωμετρικαῖς ὥς φησιν ὁ Πλάτων* (Rep. V 458), *ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις.* Cf. Plato legg. VI 771e; XI 925; Bekker-Göll *Charikles* I 176sqq. Ad quos virginum choros sacros attinent figurae puellarum nudarum, quas deis in templis dono dederunt. Quarum inventae sunt fictiles Praesi, Cretae in oppido [1], aeneae Athenarum in arce [2], Olympiae [3]. Interdum complures virgines nudae ad chorum quasi coniunctae sunt [4]. Qui mos chororum a puellis investibus ductorum vasis quoque pictis demonstratur [5].

In eis ritibus nuditatem sic explicare conatur Müller l. c. p. 83, ut virgines antiquissimis temporibus deorum amori se dedisse dicat [6], cuius moris reliquias habemus in concubinatus sacri caerimonia [7], quam primo revera, deinde, ut ita dicam symbolice cum dei simulacro peragebant [8], et in prostitutione sacra in nonnullis templis usitata [9], quem ad morem etiam videtur redire incubatio [10].

Sed ea nuditatis interpretatio vix teneri posse videtur. Nam in eis ritibus praecipue prostitutio sacra ab orientalium moribus sumpta est. Qua de causa potius aliam significationem nuditati religiosae adscripserunt lustralem quandam, qua omnia

[1] *American Journ. of arch.* V (1900) tab. 10sqq.

[2] de Ridder *Bronzes de l'Acropole d'Athènes* n. 771 et p. IV.

[3] Olympia IV tab. 17 n. 286. 290. 291; tab. 15 n. 262. 264.

[4] Olympia IV tab. 16 n. 263; cf. vol. IV 41.

[5] *Archäol. Zeitg.* 1885 tab. 8, 2; Perrot-Chipiez *Histoire de l'art* VII 181; *Archäol. Anz.* XV (1900) 110 n. 1; v. Müller *Nacktheit u. Entblössung* 79.

[6] Cf. Gruppe *Griech. Mythol.* II 914.

[7] De coitus caerimonia in rebus sacris ad fertilitatem augendam adhibita v. Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 30; Dieterich *Mutter Erde* 95; Preuß *Zeitschrift f. Erdkunde* 1908, 167; *Ursprung der Religion und Kunst, Globus* LXXXVII (1905) 356. 415.

[8] Dümmler, Philol. LVI (1897) 22 = *Kl. Schr.* II 229sqq.

[9] Gruppe *Griech. Mythol.* II 914; Paus. II 24; Strabo VIII 6, 20.

[10] L. Deubner, De incubatione 1sqq.

vincula cumque iis quodcunque erat impurum in corpore solvi putabant, quae significatio a Christianis „symbolice“ explicata est.

Utcunque res se habet, illud pro certo habemus, choros nudorum puerorum et puellarum non Ol. 28 demum institutos esse [1], sed cum ea tenacitate, quam in rebus sacris semper gentes conservabant, priorum temporum consuetudines adhibitas esse verisimile est, quod incultarum quoque gentium natura confirmatur [2].

Adiungam denique paucas aliarum gentium consuetudines, quibus nuditatem in pompis sacris religiosam fuisse optime illustratur. Cum Isidis navigio [3] usum Aquensium, qui Trudonis libro XI (Pertz 12, 309) traditur, comparavit Grimmius [4]. Circa navem a viris ductam feminae fere nudae saltabant: *Sub fugitiva adhuc luce diei imminente luna matronarum catervae abiecto femineo pudore audientes strepitum huius vanitatis, passis capillis de stratis eius exiliebant, aliae seminudae, aliae simplice clamide circumdatae, choros ducentibus circa navem impudenter irrumpendo se admiscebant.* Similia deorum sacra agi apud Britannos tradit Plin. h. n. XXII 2: *Simili plantagini ... Britannorum coniuges nurusque toto corpore oblitae quibusdam in sacris nudae incedunt.* Quibus cum sacris supplicationem a feminis Africanis habitam, ut a deis belli exitum felicem precarentur, comparavit C. Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 18 [5].

In pompis sacris etiam Lupercalia enumeramus, quibus Romani Faunum deum colebant. Lupercos enim nudos pelle caprina amictos circa urbem quadratam currere solitos esse multi auctores memoriae prodiderunt [6]. In Lupercalium sacro

---

[1] Dümmler, Philol. LIII N. F. VII 210.

[2] Waitz-Gerland *Anthropol. d. Naturvölker* VI 353; Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 18 sqq.

[3] *Πλοιαφέσια* Lyd. de mens. IV 45 W.; Ov. met. XI 8—17; v. Wissowa *Rel. u. Kult d. Röm.* 295.

[4] *Deutsche Mythologie*[4] I 213 sqq.

[5] Quorum similes mores apud gentes feras observatos congessit Waitz-Gerland *Anthrop. d. Naturv.* IV 128. 336; VI 134. 353; Müller *Nackth.* 7.

[6] Liv. I 5: *Euandrum instituisse ut nudi iuvenes Lycaeum Pana venerantes currerent*; Plut. Rom. 21: *Διαθέουσιν ἐν περιζώσμασιν γυμνοί*; quaest. Rom. 68: *Λούπερκοι δ' εἰσὶν οἱ τοῖς Λουπερκαλίοις γυμνοὶ διαθέοντες ἐν περιζώσμασιν*; Dionys. Hal. I 80: *Χρῆν τοὺς περὶ Παλλάντιον οἰκοῦντας*

ipsum (Fauni) simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur[1]. Ut omnia fere Romanorum sacra ad Graecos postmodo adnexa sunt, etiam Lupercalia a Graecis orta esse nonnulli auctores putabant. Quam originem sic demonstrare studebant, ut sacra ab Euandro ex Arcadia allata esse fingerent[2], qua in opinione vel eo confirmari videbantur, quod Arcades *Λύκαια* celebrabant, quibus *Ζεὺς Λύκαιος* colebatur, quae cum Lupercalibus propter nominum significationem simillimam cohaerere scriptores putabant[3]. Quod autem cum Palatino, quem Romani primo insederunt (Val. Max. II 2, 9), conexa sunt Lupercalia, concludi potest, ex antiquissimis urbis Romae temporibus illa sacra exstitisse. Lupercalia lustrationis et expiationis causa habita esse multis caerimoniis confirmatur, ea praecipue ratione, ut civitatis statum gregumque fecunditatem augerent[4]. Deinde ad Lupercorum nuditatem cognoscendam pertinet, quod Luper-

---

τῶν νέων περιελθεῖν δρόμῳ τὴν κώμην γυμνοὺς ἐζωσμένους τὴν αἰδὼ ταῖς δοραῖς τῶν νεοθύτων; Fest. ep. 57: *Mos enim erat Romanis in Lupercalibus nudos discurrere*; Verg. Aen. VIII 663: *Hic exultantes Salios nudosque Lupercos*; Ov. fast. II 280: *Tertia post idus nudos aurora Lupercos aspicit et Fauni sacra bicornis eunt*; Prudent. c. Symm. II 861: *Iamque Lupercales ferulae nudique petuntur discursus iuvenum*; Min. Fel. XXIV 4: *Nudi Luperci cruda hieme discurrunt, pelles caedunt*; Lact. div. inst. I 24, 45; Varro l. l. VI 34: *Lupercis nudis lustratur antiquorum oppidum Palatinum.* De nudis Lupercis loquuntur porro auctores, qui de Caesaris aetate scripserunt, cum Antonius, qui in eorum numero nudus unctusque currebat, Caesari coronam regiam populo spectante obtulisset. Cic. Phil. II 34, 36; III 5, 12; Appian. b. c. II 109; Plut. Caes. 61; Ant. 12; Dio Cass. 44, 11; Nicol. Damasc. v. Caes. 21 (FHG III 441 Müller); v. Marquardt *Staatsverw.* III 142; Wissowa *Rel. u. Kult. d. Röm.* 172. 184; Böttiger *Kl. Schr.* I 153; Mannhardt *Myth. Forsch.*, Straßb. 1884, 86 sqq.; Preller-Jordan *Röm. Myth.* I 277; Reinach *Cultes myth. et rel.*[2] I 177; Otto *Faunus* P. W. VI 2066.

[1] Iustin. 48. 1, 7; Wissowa in Roscheri *Lex. myth.* I 1458; Wissowa *Ges. Abhandlungen* 92 sq.

[2] Nilsson *Griech. Feste* 444 adnot. 2.

[3] Dion. Hal. II 32; I 80; II 1; Plut. Caes. 61; cf. Paus. VIII 38, 5; VIII 21; v. W. Immerwahr *Die Kulte und Mythen Arcadiens*, Lpzg. 1891, 5 sq.

[4] Dionys. Hal. I 80; Ov. fast. II 31; Varro l. l. VI 3: *Lupercalia februatio*; Censorin XXII 15: *Dies Lupercaliorum proprie februatus vocitatur.*

calia sacra fuerunt pastoria atque agrestia. Cic. pro Lael. 26: *Fera quaedam sodalitas et plane pastoria atque agrestis germanorum Lupercorum, quorum coitio illa silvestris ante est instituta*[1]. Quae si mente tenemus, Lupercorum etiam habitum sola pelle caprina cinctorum intellegimus, qui nihil aliud videtur esse, nisi pastorum pristinus vestitus, quem in rebus sacris conservare necesse putabant. Pellibus nostra quoque aetate in nonnullis Italiae montium regionibus desertis homines rustici induti sunt[2]. Sacerdotes porro similiter vestiti apud Verg. Aen. VIII 281 (*iamque sacerdotes primusque Potitius ibant pellibus in morem cincti flammasque ferebant*) commemorantur Herculis sacra agentes eo die, quo Euander Aeneam hospitio recepit, quae sacra scholiasta ad Panem Arcadiae deum haud dubie eorum habitu commotus refert (Serv. Aen. VIII 281: *Aut in morem Herculis aut certe sacerdotum: aut „ex more" quia Pan, deus Arcadiae, pellitus sit, unde Euander*).

Iam venimus ad aliud nuditatis exemplum, quod ad res sacras attinere videatur, ad antiquorum ritus funebres. Ex antiquissimis enim temporibus Graeci feminarum nudarum figuras fictiles, ut in templis repertae sunt (v. supra p. 15), ita in sepulcris condebant, quae concubinarum vice fungi debebant. Nam in insulis maris Aegaei idola mulierum e sepulcris effossa sunt[3], quae viros mortuos sequebantur. Quas effigies lingua vernacula *Inselidole* vocamus[4]. Nudae autem ut erant paelices etiam in simulacris fingebantur, quae nuditas a Muellero l. c. p. 5 sq. *erotische* vocatur. Deinde apud Dipylon effigies mulierum nudarum eburneae inventae sunt[5], quarum

---

[1] Cf. Serv. Aen. III 343; Procop. b. Vand. IV 1, 25; Wissowa *Rel. u. Kult. d. Röm.* 173. Aliam de Lupercalibus sententiam, dubito num recte, defendit Otto, in Pauly-Wissowa VI 2066.

[2] Birt *Kulturgeschichte Roms*, Lpzg. 1909, 12.

[3] Dragendorff *Thera* II 306 sqq.

[4] Bloch *Neue Jahrb.* VII (1901) 124 sqq.; Müller l. c. 57 sqq. De eodem more a Japanis observato v. Schurtz *Urgesch. d. Kultur*, Lpzg. 1900, 23. Similiter Aegyptii mortuis mulierum nudarum effigies addebant, v. Müller *Nacktheit* 25.

[5] F. Poulsen *Dipylongräber u. Dipylonvasen*, Lpzg. 1905, 34 sqq.; Brückner-Pernice *Athen. Mitt.* XVIII (1893) 127 sqq. 140.

significationem eadem ratione explicamus. Eburneae erutae sunt Camiri quoque, in Rhodi oppido[1].

Sequuntur vasa apud Dipylon reperta, in quibus mortuorum πρόθεσις atque ἐκφορά depicta sunt: nudae praeficae ad lectum funebrem lamentantur aut exequias prosequuntur[2].

Quae imagines praecipue vasorum controversias pepererunt. Multi enim viri docti mulierum in re funebri nuditatem rerum naturae respondere negabant. Sunt autem qui ex orientalium gentium auctoritate derivatam esse doceant, ut Helbig *Hom. Epos*[2] 37 ad Phoenicum Astartae simulacrum referre eam studebat; Kroker *Archäol. Jahrb.* I (1886) 105 ab Aegyptiis ortam esse dixit. Alii vero a rudibus artificum simplicium atque imperitorum depingendi artis principiis eam deducunt[3].

Quas interpretandi rationes suo iure refutavit Dümmler[4] et mulierum lugentium nuditatem ad rem sacram pertinere demonstravit, cui opinioni assensi sunt Weinhold[5], qui morem in luctu vestes deponendi aliarum gentium exemplis illustravit (cf. Iesaia 32, 11; Micha 1, 8), et E. Samter[6], qui nuper de lugendi ritibus fusius disseruit.

Nuditatem autem mulierum, quarum idola viro defuncto addebantur, inde explicare possumus, quod concubinarum loco fungerentur. Quae simulacra pro mulieribus ipsis, quae mortuum primo sequebantur, deposita et mansuefacta barbaria substituta esse concludi licet[7]. Quem morem induxerunt ti-

---

[1] Perrot *Bull. corr. hell.* XIX (1895) 286; cf. Dümmler *Archäol. Jahrb.* VI (1891) 269; *Kl. Schr.* III 221; P. W. I 2778; Müller *Nacktheit* 77.

[2] *Mon. dell' Inst.* IX 39, 3; *Archäol. Jahrb.* XIV (1899) 201; Poulsen *Dipylongräber u. Dipylonvasen* 123; *Archäol. Anz.* XIII (1898) 131 n. 6; *Mon. dell' Inst.* IX 39, 1; Helbig *Homer. Epos*[2] 1887, 37; Müller *Nacktheit* 77 sqq.

[3] Furtwängler *Arch. Ztg.* 1885, 136; *Berlin. philol. Wochenschrift* 1888, 457; Mau, P. W. III 336; nuper denique eam quaestionem tractavit F. Poulsen *Zur Typenbildung in der archaischen Plastik*, *Archäol. Jahrb.* XXI (1906) 177; cf. Müller *Nackth.* 79 sqq.

[4] Philol. N. F. VII (1894) 213 = *Kl. Schr.* II 416.

[5] *Gesch. heidn. Ritus* 17.

[6] *Zu röm. Bestattungsbräuchen, Festschr. f. O. Hirschfeld*, Berl. 1900, 253; cf. Müller *Nackth.* 81.

[7] Tylor *Anfänge der Cultur* I 466 sqq.; L. Bloch *Alkestisstudien*, *Neue Jahrb.* VII (1901) 45 sqq.; cf. Pompon. Mela II 2, 10; Procop. b. G. II 14;

mentes, ne mortui anima, si cum aliis tum amoris deliciis egeret, extra sepulcrum vagata homines vexaret. Quod optime illustratur statua Cypria, quae in sepulcro reperta nunc in Museo Bonnensi servatur. Mulieris nudae et nimia cunno excellentis effigies efficta est, iuxta quam phallum esse positum videmus [1]. Cuius rei memoria ea re conservata esse videtur, quod mulieres nudae funeris exequias prosequebantur, ut ex vasorum picturis intellegimus; cf. Mueller l. c. p. 81 sq. Denique eius consuetudinis testem habemus Pausaniam, qui in Augae tumulo Pergameno mulieris statuam investis positam esse affirmat. Paus. VIII 4, 9: *Καὶ νῦν ἔστι μὲν Αὔγης μνῆμα ἐν Περγάμῳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Καΐκου, γῆς χῶμα λίθου περιεχόμενον κρηπῖδι, ἔστι δὲ ἐν τῷ μνήματι ἐπίθημα χαλκοῦ πεποιημένον γυνὴ γυμνή* [2].

Deinde qui mente divina impleti sunt, nudi incedunt [3]. Praecipue vates, qui a numine invasi atque possessi futura prospiciebant [4] et quorum animus divinatione *ita solutus est et vacuus, ut ei plane nihil sit cum corpore*, omnia vestium et corporis impedimenta removere solebant [5], ne vinculo vel minimo

---

Landau *Hölle u. Fegfeuer*, Heidelberg 1909, 211 sqq., 215; Schrader *Totenhochzeit* 34.

[1] A. Körte *Athen. Mitt.* XXIV (1899) 7 sqq.; Dieterich *Mutter Erde* 105. Ad Veneris porro gaudia spectant phalli in tumulo fixi et Priapi aedicula ad bustum aedificata et quod interdum mortuus ipse pene arrecto in sepulcrorum monumentis effingitur. Körte *Athen. Mitt.* XXIV (1899) 7 sqq.; A. Michaelis *Archäol. epigr. Mitt.* I (1877) 94; Preller-Jordan *Röm. Mythol.* I 450 sq.; W. Altmann *Die röm. Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berlin 1905, 273 sq. Itaque Veneris et Cupidinis simulacra in sepulcris collocata sunt (v. Mommsen I. N. n. 4218). In lapide litterae insculptae sunt *Dis manibus* et imago extusa praesentat Venerem nudam cum Cupidine iacentem. In Etruscorum sepulcris denique parietes imaginibus obscoenis pictae sunt, ut eo modo mortuorum animi delectarentur, Michaelis *Arch. ep. Mitt.* I (1877) 94.

[2] Sittl *Gebärden* 70 sq.

[3] Saulus rex spiritu divino inflatus vestibus abiectis vaticinabatur. Sam. I 19, 24. Item Iesaias, cuius ex ore deus loquitur, vestimenta atque calceos solvit. Iesaias 20, 2.

[4] Cic. de div. I 113; cf. Aristotelem apud Sext. adv. math. IX 20, 21; Eth. Eudem. 1248 a 40; 1225 a 28; v. E. Rohde *Psyche* II 60 sqq.; E. Bethe, Rh. M. LXII (1907) 467 sqq.; J. Tambornino, De antiquorum daemonismo (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.* VII 3) Gießen 1909, 93.

[5] Nescio an ea de causa cives curiosi uxoris imprudentia Hermotimum,

deorum operationem, qua regebantur, vincirent. Quam ob rem Cassandra in permultis Iliupersis simulacris nudo corpore facta est, quam rem vaticinationis munere explanari conclusit F. Dümmler, Philol. LIII 208 = *Kl. Schr.* II 409; Müller l. c. p. 148 sqq.

Ut autem vates, ita etiam sacra insania correpti[1] numinis participes esse putabantur. Itaque *ἱερᾷ μανίᾳ* qui capti erant, vinculorum impatientes nudo corpore describuntur. Proeti filiae Veneris ira insanientes nudae discurrunt. Aelian. var. hist. III 42: *Ἐλέγη καὶ Κελαινὴ Προίτου θυγατέρες. μαχλοὺς δὲ αὐτὰς ἡ τῆς Κύπρου βασιλὶς εἰργάσατο, ἐπὶ μέρους δὲ τῆς Πελοποννήσου ἔδραμόν φασι γυμναὶ μαινόμεναι, ἐξεφοίτησαν δὲ καὶ ἐς ἄλλας χώρας τῆς Ἑλλάδος, παράφοροι ὑπὸ τῆς νόσου*[2]. Maenades nudo corpore aut pedibus et crinibus solutis orgia celebrabant. Persaepe in vasorum picturis nudae depictae sunt[3]. Rapp in Roscheri *Lex. myth.* II 2257; Müller p. 152. 167; W. Helbig *Untersuchungen über campan. Wandmalerei*, Lpzg. 1873, 265.

Denique mos militum nudo corpore in proelium eundi a rebus sacris ortus esse videtur, cum sub ea re devotio quaedam intelligatur, quamquam etiam ex audaciae et virtutis iactatione eius originem trahere licet[4]; v. Müller *Nacktheit* 8. Gallorum eam consuetudinem testantur Liv. XXII 46, 6: *Galli super umbilicum erant nudi*; Liv. XXVIII 21, 9: *Detegebat vulnera eorum, quod nudi pugnabant, et quae nunquam nisi in pugna nudantur* (*Galli*). Liv. XXVIII 46, 3; Gellius X 13, 7; Polyb. II 28, 8; II 29, 7; Plut. Crassus 25; item de Germanis Tacitus Germ. 43; cf. L. Weniger *Arch. Rel. Wiss.* IX (1906) 203; Tac. hist. II 22; Germ. 6; v. etiam Caes. b. G. IV 1, 10; VI 21, 5.

Apud Graecos Isidas in rerum discrimine nudus, athletarum

---

cuius anima extra corpus vagari solita erat, *χαμαὶ κείμενον γυμνόν* viderint (v. Frazer *Rameau d'or* I 198), Apollon. hist. mir. 3.

[1] Rohde *Psyche* II 4. 46 sqq.; Tambornino, De antiquorum daemonismo 93.

[2] Rapp in Roscheri *Lex. myth.* III 3005.

[3] Apud Lucam VIII 26 Iesu *ἀπήντησεν ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως ἔχων δαιμόνια, καὶ χρόνῳ ἱκανῷ οὐκ ἐνεδύσατο ἱμάτιον καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν.*

[4] De bello velut re sacra egit Schwally *Semit. Kriegsaltertümer* 46. 59 sq.

habitum imitans, hostium acies irrupisse et visu mirabili et fortitudine decertavisse dicitur. Plut. Ages. 34: (Ἰσίδας) . . . *γυμνὸς δὲ καὶ ὅπλων τῶν σκεπόντων καὶ ἱματίων, λίπα χρισάμενος τὸ σῶμα καὶ τῇ μὲν ἔχων χειρὶ λόγχην, τῇ δὲ ξίφος ἐξήλατο τῆς οἰκίας καὶ διὰ μέσων τῶν μαχομένων ὠσάμενος ἐν τοῖς πολεμίοις ἀνεστρέφετο παίων τὸν προσιυχόντα καὶ καταβάλλων.* De eius simili monstroso miraculo narrat Ammiān. Marc. XXXI 16, 6.

Aliarum gentium exempla attulit F. Dümmler, Philol. N. F. VII (1894) 204 = *Kl. Schr.* II 405.

Sed haec hactenus. Praeter ea quae attuli nuditatis sacrae exempla multis in rebus nuditas, cum homines ad cultiorem vitae usum transducerentur, plerumque pedum tenus denudatione conservata est[1]. Qua de causa iam quaestio erit, quibus in rebus pedum nuditatis vestigia indagare possimus.

Ac primum quidem ad loca sacra nudis pedibus accedere praescriptum erat Pythagoreorum symbolis. *Θύειν χρὴ ἀνυπόδητον καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ προσιέναι.* Aristot. ap. Iambl. vit. Pyth. 85, ibidem 105; Boehm, De symb. Pyth. 9 sq.

Quod interdictum, qua ex opinione ortum sit, facile docemur Servii ad Verg. Aen. IV 518 scholiis: *In sacris nihil solet esse religatum.*

Cum autem antiqui, ut omnes fere gentes incultae, sub nodis et implicationibus vim actiones et sacras et profanas impedientem intellegerent, facile fieri potuit, ut homines superstitiosi soleas quoque, quas „vinculis scorteis varie inter se colligatis ac nodatis ad pedem applicari solitas esse“ constat, quasque prorsus vincula veteres appellabant, infausti ominis ideoque a templis removeri religiosum esse putarent[2]. Iambl. Protr. XXI 109, 28 Pist.: *Ἕτερον δὲ (σημαίνει) τὸ δεῖν δεσμῶν χωρὶς καὶ εὔλυτον ὄντα τὴν θεραπείαν καὶ γνῶσιν τῶν θεῶν ποιεῖσθαι. ταῦτα δ' οὐκ ἐπὶ τοῦ σώματος μόνου παραγγέλλει τὸ σύμβολον διαπράττεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἐνεργειῶν κτλ.* Quae opinio vel eo affirmatur, quod saepe una cum calceos exuendi religione nodos praecipue crinium solvere iubetur, quem morem infra fusius explicabimus; v. Böhm, De symb. l. s.

[1] Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 3 sqq.; Wächter *Reinheitsvorschriften* 24 adnot. 2. [2] Wächter l. c. p. 23 sqq.

Neque Graecorum Pythagorei soli nudis pedibus templa et loca sacra adire consueverant, sed solearum deponendarum religionem in quibusdam templis observatam esse ex legibus sacris, quae ad nostram aetatem pervenerunt, videmus, ut ἱεροὶ νόμοι Ialysiorum (Dittenberger, Syll. Inscr. Graec. II 560): *Οὐκ ὅσιον εἰσίμεν οὐδὲ εἰσφέρειν εἰς τὸ ἱερὸν καὶ τὸ τέμενος τὰς Ἀλεκτρυώνας· μὴ εἰσίτω ἵππος, ὄνος, ἡμίονος, γῖνος μηδὲ ἄλλο λόφουρον μηθέν, μηδὲ εἰσαγέτω εἰς τὸ τέμενος μηθεὶς τούτων μηθέν, μηδὲ ὑποδήματα ἐσφερέτω μηδὲ ὕειον μηθέν,* et Lycosurae (SIG II 939 = Ephem. archaeol. 1898, 249): *Μὴ ἐξέστω παρέρπην ἔχοντας ἐν τὸ ἱερὸν τᾶς Δεσποίνας μὴ χρυσία ὅσα μὴ ἰν ἀνάθεμα μηδὲ πορφύρεον εἱματισμὸν μηδὲ ἄνθινον μηδὲ μέλανα, μηδὲ ὑποδήματα μηδὲ δακτύλιον. εἰ δ' ἄν τις παρένθη ἔχων τι τῶν ἃ στάλα κωλύει, ἀναθέτω ἐν τὸ ἱερόν. μηδὲ τὰς τρίχας ἀμπεπλεγμένας μηδὲ κεκαλυμμένος.* Lex Eresiorum [1]: *Μὴ εἰστείχην δὲ μηδὲ γάλλοις μηδὲ γυναῖκες γαλλάζην ἐν τῷ τεμένει. μὴ εἰσφέρην δὲ μηδὲ ὅπλα πολεμιστήρια μηδὲ θνασίδιον· μηδὲ εἰς τὸν ναῦον εἰσφέρην σίδαρον μηδὲ χάλκον πλὰν νομίσματος μηδὲ ὑπόδεσιν μηδὲ ἄλλο δέρμα μηδέν· μὴ εἰστείχειν δὲ μηδὲ γυναῖκα εἰς τὸν ναῦον πλὰν τᾶς ἱερέας καὶ τᾶς προφήτιδος.*

Pedum autem nuditati in templis religiosae postea praeter nodorum evitationem aliam adscripserunt significationem, scorteorum impuritatem. Qua lege prohibebant, ne deorum fana morticinis, quod Graeci *θνησίδια* vocant, polluerentur [2].

---

[1] P. Kretschmer *Lesb. Inschr., Jahresh. des österr. archäol. Inst.*, V (Wien 1902) 139 sqq.; L. Ziehen, Leges Graecorum sacrae e titulis collectae II 1. Lpzg. 1906, 117.

[2] Vide Kretschmer *Oesterr. Jahresh.* V 140; cf. *Arch. Rel. Wiss.* X 402; XII 449; Oldenberg *Religion des Veda*, Berl. 1894, 417; Hillebrandt *Ved. Opfer u. Zauber*, Straßbg. 1894, 183; Hermann-Stark *Gottesdienstl. Altert.* 43 adnot. 12; Hesiod op. 735; Can. Hippol. 75, p. 82 (Achelis); Serv. Verg. Aen. XI 143: *Flaminicae Diali non licebat neque calceos neque soleas morticinas habere*; Serv. plen. Verg. Aen. IV 518; cf. Festus 161. Quod ut evitaret, ⟨Apollonius⟩ Pythagoras *ὑπόδημα βύβλου ἐπλέξατο*, Philostr. Ap. I 308. Sacerdotes interdum soleis ex alia materia consutis uti debent, Appian civ. IV 11; Mart. Cap. II 115; Aristides or. sacr. I 287; v. Lobeck, Aglaophamus I 244 sqq.; Varro l. l. VII 81: *In aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus: 'ne quod scorteum adhibeatur' ideo ne morticinum quid adsit*; cf. P. Sartori *Der Schuh im Volksglauben, Ztschr. des Ver. f. Volkskunde* IV (1894) 178 sq.; Wächter *Reinheitsvorschriften* 57 sq. 55.

Andaniae lege sacra (v. 21) *μηδὲ ὑποδήματα εἰ μὴ πίλινα ἢ δερμάτινα ἱερόϑυτα*[1] in templa inducere fas est[2]. Eadem de causa Carmentae sacellum scorteis indutis adire non licuit, Ov. fast. I 629:

scortea non illi fas est inferre sacello,
ne violent puros exanimata focos.

Fasti Praenestini (CIL[2] I 231) 308: *Partus curat* (scil. *Carmenta*) *omniaque futura ob quam causam in aede eius cavetur ab scorteis omnique omine morticino.*

Calceos exuendi moris mentio fit apud Non. Marc. 478, 12 M.: *Excalceatur pro excalceat. Varro Pseudulo Apolline* (Sat. Men. fragm. 439 Buecheler) *περὶ ϑεῶν διαγνώσεως 'quod in eius dei templa calceati introeunt; nam in oppido quae est aedes Apollinis, et quae ibi ad Herculis, ut introeat, nemo se excalciatur'.*

In Dianae Cretensis templum nemo nisi nudis pedibus introire debebat, Solinus XI 8: *Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomartem gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem. Aedem numinis praeterquam nudus vestigia nullus licito ingreditur.*

Deli templum Minervae Iovisque sacrum erat, quod soleis tantum depositis ingredi licebat. *Παρ]ιέναι εἰς τὸ ἱε[ρὸν τοῦ] Διὸς τοῦ Κυνϑίου καὶ τῆς Ἀϑηνᾶς τῆς Κυνϑί[ας χε]ρσὶν καὶ ψυχῆ καϑα[ρᾷ ἔ]χοντας ἐσϑῆτα λευ[κὴν ἀνυ]ποδέτους*, Ziehen, Leges sacrae n. 91 v. 9sqq. p. 259; Delphis in Apollinis templo *ϑέμις γυάλων ὑπερβῆναι λευκῷ ποδὶ ϑρίγκον*, Eurip. Ion 220; Schömann-Lipsius *Griech. Altert.*[2] II 231 adn. 1.

Virgines a Locris quotannis ad vitium Cassandrae ab Aiace vi stupratae expiandum Troiam missae aedem Minervae nudis pedibus verrere debebant. Callim. frgm. 13 a = Tzetzes ad Lycophron. 1141: *Εἰ δέ τινες ἐκφύγοιεν ἀνελϑοῦσαι λάϑρα. εἰς τὸ τῆς Ἀϑηνᾶς ἱερόν, τὸ λοιπὸν αὗται ἱέρειαι ἐγένοντο· ἔσαιρον γὰρ αὐτὸ καὶ ἔρραινον. τῇ δὲ ϑεῷ οὐ προσήρχοντο οὔτε τοῦ ἱεροῦ ἐξήρχοντο, εἰ μὴ νύκτωρ. ἦσαν δὲ κεκαρμέναι, μονοχίτωνες καὶ ἀνυ-*

[1] V. Kretschmer l. c.; cf. Aristoph. av. 1265; Fest. p. 161.

[2] Cf. H. Sauppe *Die Neugestaltung der Mysterien von Andania in Messenien im I. Jhdt. v. Chr., Abh. der Gött. Ges. der Wissensch.* VIII (1859) 217—274.

πόδητοι. Plut. de ser. num. vind. 12 Moral. 557D: *Καὶ μὴν οὐ πολὺς χρόνος, ἀφ' οὗ Λοκροὶ πέμποντες εἰς Τροίαν πέπανυνται τὰς παρθένους,*

αἳ καὶ ἀναμπέχονοι γυμνοῖς ποσὶ ἠύτε δοῦλαι
ἠοῖαι σαίρεσκον Ἀθηναίης περὶ βωμὸν
νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἱκάνοι

διὰ τὴν Αἴαντος ἀκολασίαν [1].

Isidi apud Aegyptios mulieres serviebant nudis pedibus. Aelian n. a. X 23: *Ἐν τῇ Κόπτῳ τὴν Ἶσιν σέβουσιν Αἰγύπτιοι ταῖς τε ἄλλαις ἱερουργίαις καὶ μέντοι καὶ τῇ παρὰ τῶν πενθουσῶν ἢ τοὺς ἄνδρας τοὺς σφετέρους ἢ τοὺς παῖδας ἢ τοὺς ἀδελφοὺς λατρείᾳ τε καὶ θεραπείᾳ . . . ἀλλὰ αἵ γε πενθοῦσαι παρὰ τῇ θεῷ καὶ χαμαὶ καθεύδουσαι καὶ ἀνυπόδητοι βαδίζουσαι . . . ἀπαθεῖς διαμένουσι.*

Mos nudis pedibus deorum fana intrandi non modo Romanorum Graecorumque proprius erat, sed etiam apud alias gentes invenitur, velut apud Iudaeos calceos locis sacris exuere religiosum erat (Exodus 3, 5; Iosua 5, 15; Act. VII 33) [2] et Muhamedani vel hodie eum morem observant. Weinhold l. c. p. 5.

Deinde nuditatem ad pedes solos pertinuisse intellegimus in sacris divinis peragendis. Pythagoreorum symbolis iubetur *θύειν χρὴ ἀνυπόδητον.* Aristot. apud Iambl. v. P. 85; ibidem 105: *Ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει.* Protr. 21; v. Boehm l. c. Quem morem commemorat Sil. Ital. Pun. III 26:

Discinctis mos tura dare atque lege parentum
Sacrificam lato vestem distinguere clavo.
Pes nudus tonsaeque comae castumque cubile
Irrestincta focis servant altaria flammae.

Quae consuetudo nudis pedibus sacrificandi ne Cimbrorum quidem a ritibus sacris alienus fuisse videtur; sacerdotes enim, quae viros in bella consequi solebant, nudis pedibus ad aram

[1] Fleischer in Roscheri *Lex. myth.* I 138; Vürtheim, De Aiacis origine, cultu, patria, Leiden 1907, 105 sqq. Callimachi testimonio facile perspici posse videtur, qua ratione nuditas sacra exculta sit.

[2] Sartori *Ztschr. d. Ver. f. Volkskunde* IV (1894) 178; Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 4 sqq.; Wetzer u. Welte *Kirchenlexikon* VII 761. Rectissime de eo more iudicavit K. Marti *Gesch. der israelit. Religion*[4], Straßb. 1907, 38.

stantes, captivos hostes occidebant eorumque ex sanguine vaticinabantur. Strabo VII 2. 3: *Προμάντεις παρηκολούθουν ἱέρειαι, πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι, γυμνόποδες. τοῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις. καταστέψασαι δ' αὐτοὺς ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν, ὅσον ἀμφορέων εἴκοσι. εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἑλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα. ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο.* Sed earum mulierum nuditas facile e vaticinationis quoque munere manare potuit[1].

In Lemuriis pater familias ut mortuorum animas fabarum sacrificio placaret Ov. fast. V 429:

> Nox ubi iam media est, somnosque silentia praebent...
> ille memor veteris ritus timidusque deorum
> surgit, habent gemini vincula nulla pedes,
> signaque dat digitis medio cum pollice iunctis,
> occurrat tacito ne levis umbra sibi . . .
> (442) et rogat, ut tectis exeat umbra suis[2].

Thorax, quo statua Augusti ad Primam Portam inventa ornata est, imperatorem ostendit pedibus nudatum. Simili modo in sculptura Ravennae reperta, qua sacrificii caerimonia efficta est[3], Agrippa nudis pedibus effictus est. De nuditate, quam ad rem divinam pertinere censet, A. Dieterichius[4] rectissime iudicavit. Eodem modo in columna centenaria Divorum Marci et Faustinae imperator victor sacrum facit nudis pedibus[5].

In votis nuncupandis deinde antiqui interdum nudis pedi-

---

[1] Cf. Grimm *Deutsche Mythologie*[4] I 45. 79; P. Herrmann *Deutsche Mythologie*, Lpzg. 1898, 422.

[2] J. G. Frazer *Le rameau d'or*, tom. II (1908) 335; Landau *Hölle u. Fegfeuer* 221; J. E. Harrison *Prolegomena to the Study of Greek Religion*, Cambridge 1908, 35.

[3] Conze *Die Familie des Augustus, ein Relief aus St. Vitale zu Ravenna*, Halle 1867, 11 sqq.

[4] *Mutter Erde*, Lpz. 1905, 81 adn. 2.

[5] Reinach *Répertoire de Reliefs Grecs et Romains*, Paris 1909, I 317. Plura de altero calceo exuto praebet Amelung, *Atti d. Pontif. Accad.* 1907, 115, quem locum suppeditavit Gu. Kroll, qui huius operis suscipiendi mihi auctor fuit.

bus, ne vinculorum vi impediente prohiberentur, deorum auxilium exorabant. Verg. Aen. IV 518 Dido:

> Ipsa mola manibusque piis altaria iuxta
> unum exuta pedem vinclis in veste recincta
> testatur moritura deos et conscia fati
> sidera.

Compluribus porro in anaglyphis figurae factae sunt orantium unum modo pedem calceo indutorum; v. Deuticke adnot. ad Verg. Aen. IV 518. Quod uno tantum pede nudi sunt, perspicuum esse videatur, ei nuditati alium quoque sensum subesse, ut terrae contactu vires sibi parent arcanas. Sed alio loco de ea re agemus[1].

Deinde etiam incubantium nuditatem postea attenuatam esse cognoscimus. Aesculapii Pergameni oraculum adituri nudis pedibus *εἰς τὸ μέγα ἐγκοιμητήριον* intrabant:

> *Εἰς τὸ μ]έγα ἐνκοιμητήριον ὁ ἐγκο[ιμησόμενος*
> *. . . ἱερε]ίοις λευκοῖς ἁγνοῖς ἐλάας ἔ[ρνεσιν ἐστεμμένος*
> *μήτε δακτ]υλίου μήτε ζώνην μ[ήτε*
> *. . . ἀνυπ]ό[δ]ητο[ν . . .*[2]

Pedum porro nuditas in mysteriorum lustrationibus religiosa esse putabatur. Quae caerimonia perbene illustratur vasculo, quod E. Lovatelli *Bull. della comm. archeol. commun. di Roma* VII (1897) n. 5 tab. 1—5 publici iuris fecit, in quo mystam piaculum porci facientem videmus nudis pedibus (tab. 2, 1; 4, 9)[3]. In capitis quoque velandi caerimonia mystam pedibus nudum fuisse demonstratur vasis imagine apud Lovatelli l. s. tab. 1 depicta[4]. Soleas Strepsiades quoque deposuit apud Aristoph. nub. 719: *Φρουδὴ ψυχή, φρουδὴ ἐμβάς*, v. 858: *Τὰς δ' ἐμβάδας ποι τέτροφας, ὦνόητε σύ;* Item legibus sacris, quas inscriptio Andaniae inventa praebet, praescriptum est v. 14 p. 229 Sauppe: *Εἱματισμοῦ· οἱ τελούμενοι τὰ μυστήρια*

[1] De ea re acturus est E. Penquitt in dissertatione, quae inscribitur 'De Didonis Vergilianae exitu' quaeque Regimonti propediem edetur.

[2] M. Fränkel *Die Inschriften von Pergamon*, Berlin 1895 n. 264; editorem *ἀνυπόδητον* recte e lapidis fragmentis (´ ¯ ˆ ˆ H T ˆ) legisse puto.

[3] Anrich *Das antike Mysterienw.* 203.

[4] Anrich l. s.; de Jong *Die antiken Mysterien in religionsgesch. ethnolog. u. psychol. Beleuchtung*, Leiden 1909, 161.

ἀνυπόδετοι ἔστωσαν καὶ ἐχόντω τὸν εἱματισμὸν λευκόν, αἱ δὲ γυναῖκες μὴ διαφανῆ, μηδὲ τὰ σαμεῖα ἐν τοῖς εἱματίοις πλατύτερα ἡμιδακτυλίου[1].

Sequuntur pompae sacrae, quas antiqui nudis pedibus ducebant[2].

Romae temporibus aridissimis, cum solis aestu fruges torreri viderentur, calamitatis fructuum avertendae causa rogatio decreta est, quam Aquaelicium (Fest ep. p. 2) aut Aquilicium (Tert. apol. c. 44) vocabant. Supplicationes habitae sunt nudis pedibus et veste lugubri, quam ob causam etiam Nudipedalia appellabantur[3]. Tert. apol. c. 40: *Denique cum ab imbribus aestiva hiberna suspendunt et annus in cura est, vos quidem, quotidie pasti statimque pransuri, balneis et cauponis et lupanaribus operati, aquilini Iovi immolatis, nudipedalia populo nuntiatis, coelum apud Capitolium quaeritis, nubila de laquearibus exspectatis, aversi ab ipso deo et caelo.* Tert. de ieiun. 16 I 877 Oehl.: *Cum stupet caelum et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpura ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. Apud quasdam vero colonias praeterea annuo ritu saccis velati et cinere conspersi idolis suis invidiam supplicem obiciunt, balnea et tabernacula in nonam usque cluduntur*[4]. De nudipedalibus apud Campanos habitis loquitur Petronius c. 44: *Ante stolatae ibant nudis pedibus*[5] *in clivum* (*Capitolinum* Tert. apol. c. 40) *passis capillis, mentibus puris et Iovem* (qui est tempestatum divinarum potens CIL VIII 2607) *aquam exorabant: itaque statim urceatim plovebat.* V. Friedländeri

[1] Anrich *Mysterienw.* 203 adnot. 3; M. P. Nilsson *Griech. Feste*, Lpzg. 1906, 345; Ziehen, Leges sacrae n. 58 v. 15 sqq.

[2] Cf. Sueton. Aug. 100, 4: *Reliquias* (scil. Augusti) *legerunt primores equestris ordinis tunicati et discincti pedibusque nudis ac Mausoleo condiderunt.* Wächter l. c. p. 24.

[3] Wissowa, P. W. II 310; *Rel. u. Kult. der Römer* 106; Marquardt *Staatsverwaltung*[3] III 261 sqq.

[4] Eandem consuetudinem nudis pedibus res sacras obeundi apud alias gentes observabat A. Dieterich *Sommertag, Arch. Rel. Wiss.* VIII (1905) *Beiheft* 114.

[5] Quem morem nudis pedibus deorum auxilium imprecandi „ad vetustissimam illam opinionem animalium corio precationis vim magicam frangi“ mea quidem sententia haud iure refert G. Appel, De Rom. precation. 203.

adnotationem ad hunc locum 241. Vestalibus Romae celebratis matronas nudis pedibus ad Vestae aedem, ut numen rebus domesticis faveret, adisse atque deae immolasse tradit Ov. fast. VI 395:

> Forte revertebar festis Vestalibus illa,
> qua nova Romano nunc via iuncta foro est.
> huc pede matronam vidi descendere nudo
> obstipui tacitus sustinuique gradum [1].

Cum Galli iam moenibus urbis appropinquant, *virgines simul ex sacerdotio Vestae nudo pede sacra fugientia comitantur* (Flor. I 13).

Alexandriae in calathi pompa currum, quo calathus vehebatur, virgines nudis pedibus sequi fas erat. Callim. hymn. in Cer. VI 124 sqq.:

> Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄστυ πατεῦμες,
> ὡς πόδας, ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἔξομες αἰεί·
> ὡς δ' αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα λίκνα φέροντι,
> ὡς ἁμὲς τὸν χρυσὸν ἀφειδέα πασαίμεσθα [2].

In feriis quae Magnae Matri mense Martio a Romanis celebrabantur, primus dies, quem diem Sanguinis vocabant, luctui datus erat, alteram partem laetitia egerunt, denique dies festivi lavatione [3] ad Almonem fluvium peracta finiebantur, qua occasione Cybelae deae effigiem nudis pedibus ad fluvium portabant. Prudentius Peristeph. X 154 sqq.:

> Nudare plantas ante carpentum scio
> proceres togatos matris Ideae sacris.
> Lapis nigellus evehendus essedo
> muliebris oris clausus argento sedet;
> quem dum ad lavacrum praeeundo ducitis,
> pedes remotis atterentes calceis
> Almonis usque pervenitis rivulum [4].

[1] Wissowa *Rel. u. Kult. d. Römer* 142; Preller-Jordan *Röm. Myth.* II 168; E. Aust *Die Religion der Römer*, Münster i. W. 1899, 177 sq.

[2] M. P. Nilsson *Griech. Feste* 351; Gruppe *Griech. Myth.* 912.

[3] De ea lavatione velut ad pluviam impetrandam facta, id quod vernacula lingua *Regenzauber* vocamus, iudicavit W. Mannhardt *Antike Wald- u. Feldkulte*, Berl. 1877, 291 sq.

[4] Cumont P. W. II 2250; H. Hepding *Attis, seine Mythen und sein*

Adiungam Iudaeorum morem, qui nonnullis diebus festis nudis pedibus ambulabant; cf. Iuv. VI 159: *Observant ubi festa mero pede sabbata reges.* Ad hoc dicit scholion, quod Cornuto tribuitur (ed. Hoehler, Philol. 53, 1894, 512) Carolingi aetate conscriptum: *Mero pede: ideo quia festa die Saturni Iudaei ultra mille passus non progrediebantur longius de hospitio. 'mero' autem nudo, quia merum purum est, non mixtum.* Conferas etiam, quae Friedlaender ad hunc locum adnotavit.

Deinde ad nuditatem in rebus funebribus usitatam pertinere, quod in Hateriorum monumento in collocationis simulacro ad lectum funebrem tres mulieres adsidentes effictae sunt, tunica recincta, capillis solutis, pedibus nudis, edocuit E. Samter *Festschr. für O. Hirschfeld*, Berl. 1900, 251 [1].

Qua ex origine nescio an lugentium habitum ducere liceat. Velut mulieres lugentes calceis non utuntur. Aphrodite Adonin queritur Bion I 20: *Λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται πενθαλέα νήπλεκτος ἀσάνδαλος* (v. Rapp in Roscheri *Lex. myth.* III 3009). Autonoe Actaeona lacrimatur Nonn. Dionys. V 374:

Φιλοστόργῳ δὲ μενοινῇ
νήλιπος ἀκρήδεμνος ἰμάσσετο πένθει μήτηρ
καὶ πλοκάμους ἐδάιξεν, ὅλον δ' ἔρρηξε χιτῶνα,
πενθαλέοις δ' ὀνύχεσσιν ἑὰς ἐχάραξε παρειὰς
αἵματι φοινίξασα, κατὰ στέρνοιο δὲ γυμνοῦ
παιδοκόμων ἐρύθηνε φερέσβιον ἄντυγα μαζῶν
μνησαμένη τοκετοῖο· φιλοθρήνου δὲ προσώπου
δάκρυσιν ἀενάοισιν ἐλούσατο φάρεα νύμφη.

Stat. Theb. IX 572:

Tristibus interea somnum turbata figuris
torva sagittiferi mater Tegeatis ephebi,
crine dato passim plantisque e more solutis
ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
purgatura malum fluvio vivente soporem [2].

Kult (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.* I) Gießen 1909, 174; Rapp in Roscheri *Lex. myth.* II 1669.

[1] Vide Baumeister *Denkmäler* I 239; Daremberg-Saglio II fig. 3360; Helbig *Führer*[2] I n. 691; Sittl *Gebärden* 69.

[2] Gruppe *Griech. Myth.* 912 adn. 7.

Pectora denudantur[1], quod tamen etiam plangendi causa fieri potuit. Petron. sat. 111: *Matrona quaedam Ephesi ... cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere ...*[2]; Ov. met. XIII 687:

> Ante urbem exequiae tumulique ignesque pyraeque
> effusaeque comas et apertae pectora matres
> significant luctum.

Ov. fast. IV 454:

> Et feriunt maesta pectora nuda manu.

Theocr. XV 134:

> *Λύσασαι δὲ κόμαν καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι*
> *στήθεσι φαινομένοις λιγυρᾶς ἀρξεύμεθ' ἀοιδᾶς.*

cf. Ov. met. III 480; Catull. 64, 62.

Qua pectorum nudatione matres praecipue atque nutrices in precationibus atque supplicationibus utuntur.

Hom. Il. XXII 79:

> *Μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δάκρυ χέουσα,*
> *κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρῃφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν·*
> *καί μιν δάκρυ χέουσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·*
> *Ἕκτορ, τέκνον ἐμόν, τάδε τ' αἴδεο καὶ μ' ἐλέησον*
> *αὐτήν, εἴ ποτέ σοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον.*

Apud Senecam (Herc. Oet. 925) nutrix loquitur:

> Per has aniles ecce te supplex comas
> atque ubera ista paene materna obsecro.

Ov. met. X 391 sq.:

> instat anus canosque suos et inania nudans
> ubera per cunas alimentaque prima precatur.

Polyb. XV 31, 13: *Ἡ δ' Ἀγαθόκλεια καὶ τοὺς μαστούς (προτείνασα), οἷς ἔφη θρέψαι τὸν βασιλέα, δεῖσθαι τῶν Μακεδόνων.*

---

[1] Cf. Müller l. c. p. 42.

[2] In pompa, quae apud Maltenses acta est, nudis pedibus et pectoribus denudatis luctum significabant; cf. R. Wünsch *Das Frühlingsfest der Insel Malta*, Leipzig 1902, 59.

Cf. Hieron. ep. 14, 2: *Licet sparso crine et scissis vestibus ubera quibus ter nutrierat mater ostendat*; Charito III 55, 6[1].

Deinde in luctu vestes scinduntur; Iuv. X 261:

Ut primos edere planctus
Cassandra inciperet scissaque Polyxena palla.

XIII 130:

Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
planguntur nummi quam funera. nemo dolorem
fingit in hoc casu, vestem diducere summam
contentus, vexare oculos umore coacto.

Aesch. Choeph. 25 sqq.:

Λινοφθόροι δ' ὑφάσματων
λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν
πρόστερνοι στολμοὶ πέπλων ἀγελάστοις
ξυμφοραῖς πεπληγμένων.

Cf. Eur. Hec. 642 sqq.; Hel. 1089; Lucian. de luct. 12: *Καί που καὶ ἐσθῆς καταρρήγνυται*; v. Ov. met. XI 680; XI 635; Phlegon mirab. I 59 (Keller): *Ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ, καὶ διαρρήξασα ἑαυτῆς τά τε ἐνδύματα καὶ τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ῥίψασα τὸ κεκρύφαλον, πεσοῦσά τε εἰς τὴν γῆν καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν, ἐξ ἀρχῆς ἐποίησε τὸ πένθος.* At lugentium habitum, etsi antiquissimi funeris rituum memoria subesse videtur, tamen magna ex parte a doloris vi atque impetu ducere licet, quo gentium incultarum atque simplicium mentes multo vehementius commoventur, ut facile amentia et furore captas esse putes. Pectora denudabant saepe, ut ea ferire possent. Multum ad augendum luctum id quoque valebat, quod mortuo luctum maiorem demonstrare volebant.

A vatium deinde nuditate ducendum est, quod Dodonae Il. XVI 234:

Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι,

v. F. Dümmler *Kl. Schr.* II 213.

[1] Sittl *Gebärden* 173; Dümmler, Philol. N. F. VII 205 = *Kl. Schr.* II 409; Müller l. c. p. 75. De eodem more apud Arabes usitato refert Wellhausen *Skizzen u. Vorarb.* III 125 sqq.

Apud Cyprianum ep. 75, 10 refert Firmilianus quidam *de muliere, quae duris temporibus vatis partes susceperat et tanta vi a daemone suo donata erat, ut cruda hieme nudis pedibus per asperas nives ire nec vexari in aliquo aut laedi illa discursione* posset; v. Tambornino, De daemonismo 94.

Item Maenades, quas nudo corpore plerumque fingi supra commemoravimus, pede quoque nudo depictae sunt; cf. Rapp in Roscheri *Lex. myth.* II 227, quod etiam litterarum testimoniis confirmatur. Eur. bacch. 665:

Βάκχας ποτνιάδας εἰσιδών, αἳ τῆσδε γῆς
οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν.

863: *ἆρ' ἐν πανυχίοις χοροῖς θήσω ποτὲ*
λευκὸν πόδ' ἀναβακχεύουσα.

Eurip. Cycl. 69 sqq.:

Ἴακχον ἴακχον ᾠδὰν
μέλπω πρὸς τὰν Ἀφροδίταν,
ἃν θηρεύων πετόμιαν
Βάκχαις σὺν λευκόποσιν.

Nonn. Dionys. XLVI 145:

Ἀλλ' ὅτε χῶρον ἵκανεν, ὅθι δρύες, ἦχι χορεῖαι,
καὶ τελεταὶ Βρομίου θιασώδεες, ἦχι καὶ αὐτὴ
Βασσαρίδων ἀπέδιλος ἔην κεμαδοσσόος ἄγρη.

Quem morem cum aliarum gentium opinionibus comparavit Weinhold *Gesch. heidn. Ritus* 6.

CAPVT ALTERVM

De nuditate superstitiosa

Rebus sacris expeditis iam quaeramus, quomodo veteres nuditatis religionem observaverint in rebus ad superstitionem pertinentibus.

Ac primum quidem qui figuram corporis mutare volebat, vestes exuere debebat. Dei enim et daemones suo arbitrio formam quamlibet capere posse putabantur [1], praecipue aquarum numina propter eius elementi varietatem. Ita Achelous in Herculis, Scamander in Achillis certamine varia sub specie luctabantur. Thetis eo modo Pelei vires effugit (schol. Pind. Nem. III 61; Rohdii paradoxographi XXXIII: *Παρ' Ὁμήρῳ Πρωτεὺς εἰς πάντα μετεμορφοῦτο, καθὰ Θέτις παρὰ Πινδάρῳ καὶ Νηρεὺς παρὰ Στησιχόρῳ καὶ Μήστρα*) et Proteus ita Menelai vincula vana reddidit (Od. IV 455 sqq.). Similiter visiones nocturnae, quarum formae et lineamenta tenebris diffluunt atque evanescunt et nebularum varietatem accipiunt. Empusa transformationibus Dionyso pavorem inicit (Aristoph. ran. 293 sqq.). Lunae vicissitudines ex ea opinione ortae sunt (Luc. philops. 42 *καὶ τὴν Σελήνην κατέσπασε πολύμορφόν τι θέαμα καὶ ἄλλοτε ἀλλοῖόν τι φανταζόμενον· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον γυναικείαν μορφὴν ἐπεδείκνυτο. εἶτα βοῦς ἐγένετο πάγκαλος, εἶτα σκύλαξ ἐφαίνετο*), lamiae [2], *κῆρες* (Stob. flor. V 22 *μορφῶν*

[1] Pradel *Griech. u. süditalien. Gebete* (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.* III 3) Gießen 1907, 337 sq.

[2] Stoll in Roscheri *Lex. myth.* II 1819.

χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι), Erinyes[1] (Iphig. Taur. 291 sqq.) faciem transformant.

Ut daemones, ita etiam homines mutationes efficere posse antiqui putabant, sed eam vim exercere non possunt, nisi rebus adhibitis magicis. Circe maga Ulixis socios commutavit in sues virga divina, Od. X 238; Athen. XI 17 p. 374e. Quare magi praecipue transformationis potestatem ex antiquorum superstitione possidebant; cf. Plaut. Epid. 188: *Iam ego me convertam in hirundinem atque eorum exsugebo sanguinem.* Pap. Lugd. (Dieterich *Abraxas* 190, 11): *Ποίησόν με γενέσθαι ἐν ὄμμασι* (*ὀνόμασι* pap., corr. Kroll) *πάντων κτισμάτων λύκον, κύνα, λέοντα, πῦρ, δένδρον, γῦπα, τεῖχος, ὕδωρ ἵνα ὃ θέλεις*[2].

In praeceptis autem magicis, quibus homines ferarum speciem induere possunt, interdum praescriptum esse videtur, ut vestes exuant. Nudi igitur esse debent, qui versipelles fieri volunt[3]. Qua de causa miles apud Petronium vestes deposuit (cap. 62). Niceros narrat: *Venimus intra monumenta*[4]*: homo meus coepit ad stelas facere, ego sedeo cantabundus et stellas numero. deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. mihi anima in naso esse, stabam tamquam mortuus. at ille circumminxit vestimenta sua, et subito lupus factus est ... postquam lupus factus est, ululare coepit et in silvas fugit.*

Eodem autem modo, quo versipelles, cum mutarentur,

---

[1] L. Radermacher *Das Jenseits der Hellenen*, Bonn 1903, 106 sqq.

[2] Reitzenstein *Poimandres*, Lpzg. 1904, 22, 4; Radermacher *Jenseits* 53; Abt *Apologie des Apuleius* (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.*. IV 2) Gießen 1908, 127; Hartland *Legend of Perseus* III 27; B. Schmidt *Volksleben der Neugriechen*, Lpzg. 1871, 106, 116; Mannhardt *Ant. Waldkulte* 60.

[3] Kroll *Aberglaube* 10; Rh. M. LII (1897) 338 sq.; Weinhold *Gesch. h. Rit.* 14 sqq.

[4] Cf. Marcellus Sidetes apud Aetium Iatr. VI 11 (Förster, Physiognomici graeci II 282): *Οἱ τῇ λεγομένῃ κυνανθρώπῳ ἢ λυκανθρώπῳ νόσῳ κατεχόμενοι κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα νυκτὸς ἐξίασι, τὰ πάντα μιμούμενοι λύκους ἢ κύνας, καὶ μέχρις ἡμέρας τὰ μνήματα μάλιστα διανοίγουσιν* (aliter *περὶ τὰ μνήματα* (*τοὺς τάφους*) *διατρίβουσιν* Orib.); v. Ev. Marc. 5, 2; ev. Matth. VIII 28; Galen XIX 702 K.; Lobeck *Aglaophamus* 638 y; W. H. Roscher *Das von der Kynanthropie handelnde Fragment des Marcellus v. Side, Abh. sächs. Ges. d. Wiss.* XVII (1896) 12.

vestimentis vacare necesse erat, si lupi naturam abicere vellent, vestes induere oportebat [1].

Qua de causa vestimenta, quibus in reformatione opus esset, ne quo modo perderent, cavere versipelles oportebat. Itaque miles in Petronii fabula vestimenta circumminxit et ita ad locum devinxit. Deinde ad versipellis superstitionem spectat fabula Aesopica, qua similes cautiones observantur (fab. Aesop. coll. C. Halm, Lpzg. 1884, n. 196): *Κλέπτης καὶ πανδοχεύς. . . . καὶ διηγούμενος ὥρᾳ ἱκανῇ ἐχασμήσατο ὁ κλέπτης, καὶ ὁμοῦ μετὰ τοῦ χασμᾶσθαι ὠρυᾶτο ὥσπερ λύκος. ὁ δὲ πανδοχεύς φησι πρὸς αὐτόν· τί οὕτως ποιεῖς; καὶ ὁ κλέπτης ἀπεκρίθη· νῦν ἀναγγελῶ σοι. ἀλλὰ δέομαί σου, ἵνα φυλάξῃς τὰ ἱμάτιά μου· ἐνταῦθα γὰρ καταλείψω. ἐγὼ, κύριέ μου, οὐκ οἶδα, πόθεν μοι ἐπέρχεται τὸ χασμᾶσθαι οὕτως . . . ὅταν οὖν χασμηθῶ τρεῖς βολάς, γίνομαι λύκος ἐσθίων ἀνθρώπους.* Cauponi autem, cum fugere vellet, fur dicebat: *Ἀνάμεινον, κύριέ μου, καὶ λαβὲ τὰ ἱμάτιά μου, ἵνα μὴ ἀπολέσω αὐτά κτλ.*

Item in Arcadia versipellem vestimenta deponere Plinius tradit VIII 81: *Euanthes inter auctores Graeciae non spretus tradit Arcades scribere ex gente Anthi cuiusdam sorte familiae lectum ad stagnum quoddam regionis eius duci vestituque in quercu suspenso tranare atque abire in deserta transfigurarique in lupum et cum ceteris eiusdem generis congregari per annos novem, quo in tempore, si homine se abstinuerit, reverti ad id stagnum et, cum tranaverit, effigiem recipere ad pristinum habitum addito novem annorum senio. id quoque e fabulis, eandem recipere vestem.*

Idem fere Varronem auctorem secutus refert Aug. civ. Dei XVIII 17: *Hoc ut Varro astruat, commemorat alia non minus incredibilia de illa maga famosissima Circe, quae socios Ulixis mutavit in bestias, et de Arcadibus, qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos et cum similibus feris per illius regionis deserta vivebant. Si autem carne non vescerentur humana rursus post novem annos eodem renato stagno reformabantur.*

Quae fabula cum *Διὸς Λυκαίου* sacris cohaerere puta-

[1] Kroll *Aberglaube* 10; R. Pischel *Zu Petrons Sat.* 62, *Abhdlgen. für Hertz*, Berlin 1888, 69 sqq.

batur[1] et cum Lycaonis nomine coniuncta est, cuius transfigurationem inde ortam esse Paus. VIII 2. 3 tradit, quod *ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Λυκαίου Διὸς βρέφος ἤνεγκεν ἀνθρώπου* (quocum conferas, quod homo in lupum mutatus carne humana se abstinere debet apud Plinium et Augustinum) *καὶ ἔθυσε τὸ βρέφος καὶ ἔσπεισεν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὸ αἷμα* (quo ex scelere diluvium ortum esse narrat Ov. met. I 196 sqq.; v. Usener *Sintflutsagen* 37); contra quod sanguinem humanum bibisset, lupum factum esse testantur Plato rep. 565 d; Polyb. VIII 13, 7; Isidor Etym. VIII 9, 370; deinde ad *Δάμαρχον* quendam (Augustinus l. c. loquitur de Damaeneto quodam, v. Plin. VIII 34) translatum esse videtur; v. Paus. VI 8, 2.

Cuius rei originem esse (sententiae virorum doctorum de ea re valde discrepant, v. Immerwahr 16) optime cognoscimus *irgend einen totemistischen Wolfskult*[2], qui cultus, cum Arcades *Διὸς Λυκαίου* sacra instituerent, cum eis commixtus est[3], praesertim cum nominum similitudo invitaret[4].

Quibus rebus expositis ad rem redeamus. Ut in versipellis fabulis vestes deponuntur, etiam aliam in bestiam si quis mutabatur, nudus esse debebat. Apud Apuleium met. III 21: *Iam primum omnibus laciniis se devestit Pamphile* et unguedine diu inlita *fit bubo Pamphile.* Similiter apud Lucianum (asin. cap. 12) saga nuda describitur: *Ὁρῶ οὖν τὴν μὲν γυναῖκα ἀποδυομένην. εἶτα γυμνὴ τῷ λύχνῳ προσελθοῦσα . . .* et unguedine uncta *καὶ ἦν ἄλλο οὐδὲν ἢ κόραξ νυκτερινός.* Quod cum imitari vellet Lucius, cum ab ancilla vasculum accepisset (cap. 13): *Ἐγὼ δὲ σπένδων ἤδη ἀποδύσας χρίω ὅλον ἐμαυτὸν καὶ ὄρνις μὲν οὐ γίγνομαι ὁ δυστυχής, ἀλλὰ . . . ἐπεὶ δὲ κύκλῳ περιεσκόπουν, ἐμαυτὸν ἑώρουν ὄνον,* et Apul. met. III 24: *Haec identidem adseverans (Fotis) summa cum trepidatione inrepit cubiculum et pyxidem depromit arcula. quam ego complexus ac deosculatus prius utque mihi prosperis faveret volatibus deprecatus, abiectis propere laciniis totis avide manus immersi et haurito plusculo uncto corporis mei membra perfricui. Iamque*

[1] W. Immerwahr *Die arkad. Kulte,* Lpzg. 1891, 10 sqq.

[2] Kroll, Rh. M. LII 338 sqq.; Robertson Smith s. v. *sacrifice* in Encyclop. Brit. [3] Drexler in Roscheri *Lex. myth.* II 2171.

[4] Usener *Götternamen* 198; *Sintflutsagen* 76. 199.

alternis conatibus libratis bracchiis in avem similem gestiebam; ... sed ... ac dum salutis inopia cuncta corporis mei considerans non avem me, sed asinum video.

Huc spectare videtur Apollon. Rhod. Arg. III 1042, quo loco Iason, ut corpus contra vulnera firmaret,

> ἦρι δὲ μυδήνας τόδε φάρμακον, ἠύτ' ἀλοιφῇ
> γυμνωθεὶς φαίδρυνε τεὸν δέμας· ἐν δέ οἱ ἀλκὴ
> ἔσσετ' ἀπειρεσίη μέγα τε σθένος, οὐ δέ κε φαίης
> ἀνδράσιν, ἀλλὰ θεοῖσιν ἰσαζέμεν ἀθανάτοισιν [1].

Qua de causa Lucius cum rosis devoratis subito ad pristinum habitum reverteretur, in omnium aspectu nudus adstabat, Lucian asin. c. 54: *Ἐγὼ δὲ ἓν ἐξ ἑνὸς ἐπιτρέχων ... τὰ ῥόδα κατέπινον. τῶν δὲ ἔτι θαυμαζόντων ἐπ' ἐμοὶ ἀποπίπτει ἐξ ἐμοῦ ἐκείνη ἡ τοῦ κτήνους ὄψις καὶ ἀπόλλυται, καὶ ἀφανὴς [ἦν] ἐκεῖνος ὁ πάλαι ὄνος, ὁ δὲ Λούκιος αὐτὸς ἔνδον μοι γυμνὸς εἱστήκει,* et Apul. met. XI 13: *Tunc ego trepidans ... coronam .... devoravi nec me fefellit caeleste promissum. protinus mihi delabitur deformis et ferina facies ...* (14) *sed sacerdos ... praecipit tegendo mihi linteam dari laciniam. nam* [*me*] *cum primum nefasto tegmine despoliaverat asinus, compressis in artum feminibus et superstrictis accurate manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probe muniveram. Tunc e cohorte religionis unus inpigre superiorem exutus tunicam supertexit me celerrime.* Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 13.

In Germanorum quoque asini fabula antiquissima apud J. Praetorium (Anthropodemus plutonicus, Magdeburg 1666) nuditas commemoratur [2]. Sed haec hactenus. Iam dicendum est de nuditate ritibus magicis praescripta.

Quoniam in caerimoniis magicis omnia impedimenta removeri debebant, nodos in vestibus et crinibus habere non licebat, qua in religione vel eo progressi sunt, ut sub vestimentis ipsis vincula intellegerent antiqui. Qua de causa ad

---

[1] Eodem ritu deae ipsae corpus ad iter sublime praeparant Il. XIV 170 sq.; hymn. in Ven. 45 sqq. Quocum conferas etiam nuditatem strigarum Germanicarum per auras volantium, Weinhold l. c. p. 15 sq.

[2] Weinhold *Über das Märchen vom Eselsmenschen, Sitzgsb. Berl. Ak* XII (1892) 438.

hanc superstitionem revocare liceat cautionem, qua interdum magi in actionibus magicis nudi esse iubentur; v. Kroll *Aberglaube* 20; R. Dedo, De antiquorum superstitione amatoria, diss. Greifsw. 1904, 13.

Ac primum quidem nuditatis religionem in sacris amatoriis observabant, quamquam plerumque pedum denudatione contenti fuerunt.

Meretrices Horatianae defixionem amatoriam imaginibus adhibitis [1] exsequentes a Priapo describuntur (Hor. sat. I 8, 23 sqq.):

> Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
> Canidiam, pedibus nudis passoque capillo,
> cum Sagana maiore ululantem, pallor utrasque
> fecerat horrendas adspectu [2].

Apud Tibullum I 5. 55 maga:

> Currat et inguinibus nudis ululetque per urbes
> post agat e triviis aspera turba canum [3].

Deinde Medea, venefica arte magica famosissima, in actionibus magicis corpore nudato depingitur. Sophocles in tragoedia quae inscribitur *Ῥιζοτόμοι* Medeam maleficas herbas secantem nudam descripsit:

> *Ἥ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσ'*
> *ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς*
> *χαλκέοισι κάδοις δέχεται . .*
> *αἱ δὲ καλυπταὶ*
> *κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,*

---

[1] Effigies hominum loco fungentes persaepe in devovendi caerimoniis usurpantur, v. Pap. Par. 295 sqq., quo loco *φιλτροκατάδεσμος θανμαστός* commemoratur; cod. astrol. III app. p. 41 v. 20 sqq.; cf. Wünsch, Philol. LII (1902) 26 sqq.; Kuhnert, Rh. M. IL (1894) 34 sqq.; Dedo, De superst. am. 16. 22; Abt *Apologie des Apul.* 229; Wünsch, Def. tab. Att. IG III 3 praef. XXVI sq.; cf. etiam Globus LXXXVI 181.

[2] Cf. Ivo Bruns *Der Liebeszauber bei den augusteischen Dichtern, Preuss. Jahrb.* CIII (1901) 193 sqq. (*Vortr. u. Aufs.* 321 sqq.); H. Düntzer *Des Horatius Canidiagedichte, Neue Jahrb.* 1892, 600; Riess, Rh. M. XLVIII (1893) 307 sqq.; O. Hirschfeld, De incantamentis et devinctionibus amatoriis apud Graecos Romanosque, diss. Königsb. 1863, 43; Weinhold, *Heidn. Rit.* 48.

[3] De ea re egit E. Oppenheim. *Ἀραί*, *Wiener Studien* 1908, 163.

ἃς ἥδε βοῶσ' ἀλαλαζομένη
γυμνὴ χαλκέοις ἅμα δρεπάνοις,

v. Macrob. Sat. V 19, 9 = T. G. F. Nauck[2] 491 p. 249; cf. Welcker *Kl. Schr.* III 23.

Apud scriptores posterioris aetatis Medea fingitur nudis pedibus; ita Seneca Medeam inducit nudis pedibus (Med. 752):

Tibi more gentis vinculo solvens comam
secreta nudo nemora lustravi pede
et evocavi nubibus siccis aquas
egique ad imum maria.

Apud Ap. Rhod. IV 43 cum domum relinqueret

Τῇ δὲ καὶ αὐτόματοι θυρέων ὑπόειξαν ὀχῆες,
ὠκείαις ἄψορροι ἀναθρώσκοντες ἀοιδαῖς.
γυμνοῖσιν δὲ πόδεσσιν ἀνὰ στεινὰς θέεν οἴμους,
λαιῇ μὲν χερὶ πέπλον ἐπ' ὀφρύσιν ἀμφὶ μέτωπα
στειλαμένη καὶ καλὰ παρήια, δεξιτερῇ δὲ
ἄκρην ὑψόθι πέζαν ἀερτάζουσα χιτῶνος,

quem ad locum scholiasta adnotat: *Οἷα γυναῖκες φαρμακίδες.* Quocum conferas III 646:

Ἦ ῥα, καὶ ὀρθωθεῖσα θύρας ὤιξε δόμοιο,
νηλίπος, οἰέανος· καὶ δὴ λελίητο νέεσθαι
αὐτοκασιγνήτην δέ, καὶ ἔρκεος οὐδὸν ἄμειψεν.

Ut venena ad Aesonem renovandum praepararet, Medea apud Ov. met. VII 180 sqq.:

Postquam plenissima fulsit
ac solida terras spectavit imagine luna,
egreditur tectis vestes induta recinctas,
nuda pedem, nudos umeris infusa capillos,
fertque vagos mediae per muta silentia noctis
incomitata gradus.

Ut autem Medeae fama tanta adhaesit, ita etiam Thessalis mulieribus antiqui vires adscripserunt summas [1], quarum maxime

[1] De Thessalia, ut de omnis veneficii patria, egit Dedo, De superst. am. 5. 32.

admirabantur potestatem lunae detrahendae[1]. Lunae enim defectus magarum insidiis effectos esse superstitiosi credebant[2]. Qua in caerimonia nuditatis religionem eas non neglexisse optime illustratur vase picto, quod duas magas nudas lunam facie muliebri significatam[3] detrahentes ostendit. Iuxta autem litterae insculptae sunt *κλῦθι πότνια Σελάνα*, quod optime congruit cum versu intercalari Theocriteo (id. II): *Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο πότνα Σελάνα*[4].

Deinde magae cum artibus miris mortuorum manes evocarent atque cogerent *responsa daturos*[5], nudis pedibus sacra magica fecisse videntur; v. Hor. sat. I 8, 23 sqq.; Ov. met. VII 180 sqq.[6].

In alio quoque divinationis genere, quam hydromantiam sive lecanomantiam vocabant veteres (Varro apud Aug. civ. Dei VII 35; cf. Apul. Apol. 49), qua magi daemonum imagines in aqua apparentes de rebus futuris consulere videbantur[7], nuditatem ad ritum sacrum pertinere elucet ex praeceptis magicis, quae Nephotes cum rege Psammeticho per litteras communicavit (Pap. Par. 172)[8]: *Σὺ δὲ αὐτὸς στεψάμενος κισσῷ μέλανι μεσουρανέοντος τοῦ ἡλίου ὥρᾳ πέμπτῃ κατακλίθητι ἄνω*

---

[1] Plin. XXX 7; Aristoph. nub. 749; cf. Dedo l. c. 36; Abt *Apologie* 96.

[2] Roscher *Selene und Verwandtes*, Lpzg. 1890, 89; cf. A. Saupe, Indiculus superstitionum, Lpzg. 1891, XXI 26. Loca quae huc spectant collegit Roscher in *Lex. myth.* II 3165; Gruppe *Griech. Myth.* 900.

[3] Cf. pap. Lugd. (Dieterich Abrax.) p. 205 7, ubi luna vocatur *γυναικόμορφος*. Luc. Philops. 14: *Σελήνην κατέσπασε . . . θέαμα ἄλλοτε ἀλλοῖόν τι φανταζόμενον, τὸ μὲν γὰρ πρῶτον γυναικεῖον μορφὴν ἀπεδείκνυτο.* Roscher *Selene* 22; Abt *Apologie* 198.

[4] Vide Gerhard *Ges. acad. Abh.* tab. VIII 8; Dilthey *Über thessal. Zauberinnen*, Rh. Mus. XXVII 389; Roscher in *Lex. myth.* II 3165.

[5] De psychomantia apud antiquos verba fecerunt Liedloff, De tempestatis, necyomanteae, inferorum descriptionibus, quae apud poetas Romanos primi p. Chr. saeculi leguntur, diss. Lips. 1884; Ettig, Acheruntica, *Lpzger. Stud.* XIII (1891) 293; Fahz, De poetarum Romanorum doctrina magica (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.* II 3) Gießen 1904, 111; Abt *Apologie* 98 sqq.

[6] Cf. Steuding s. v. *Inferi* in Roscheri *Lex. myth.* II 254.

[7] J. Burckhardt *Die Zeit Konstantins des Grossen*[2], Leipzig 1888, 224 sqq.

[8] De hoc epistularum usu verba fecit Dieterich *Fleckeis. Jahrb. Suppl.* XVI 758; *Abraxas* 161.

βλέπων ἐπὶ τὴν σινδόνα γυμνὸς καὶ κέλευέ σου περικαλύπτεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τελαμῶνι μέλανι καὶ περιστείλας σεαυτὸν νεκρικῷ τρόπῳ καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ νεῦμα ἔχων πρὸς τῷ ἡλίῳ κατάρχου λόγων τῶνδε. Abt *Apol.* 245.

Sacra magica nudo corpore fieri iubentur Wessely *Griech. Zauberpapyri, Denkschrift d. Wien. Ak.* XXXVI (1888) 45 v. 26 sq.: *Τελετή· προαγνέυσας ἑπτὰ ἡμέρας ἐλθὼν πρὸ τῆς σελήνης εἰς τόπον ἀπογυμνωθείς.*

Deinde in actione magica interdum pueri adhibentur, quos nudos esse necesse est. In pap. Berol. II ed. Parthey 151 v. 55 sqq. puer incantatus nudus esse debet: *Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐὰν μὴ ὑπακούσῃ, ἔλαιον καθαρὸν ῥαφάνινον ἐπίχεε παιδὶ ἀφθόρῳ γυμναζομένῳ καὶ ἀναλαβὼν σκεύαζε λύχνον ἀμίλτωτον καὶ κείσθω ἐπὶ λυχνίας πεπλασμένης ἐκ παρθένου γῆς.* Item nuditatis praescriptum praebet pap. Par. v. 88: *Ἄλλη* (scil. *ἀπόλυσις*)· *πρὸς ἥλιον σινδονιάσας*[1] *κατὰ κεφαλῆς μεχρὶ ποδῶν γυμνηκότα*[2] *καὶ προκωδωνίσας παῖδα στῆσον κατ' ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου καὶ λέγε λόγον κατόπιν αὐτοῦ στάς.*

Item effigies magica hominis nudi commemoratur in pap. Londin. 122, 105: *Ἔστιν δέ ὁ*[3] *γραφεὶς ἄνθρωπος γυμνὸς ἑστώς, ἔχων βασίλειον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοιοῦτο· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ξίφος καμπῆ (?) ἐπὶ τὸν τράχηλον κείμενον*[4] *καὶ ἐν τῇ εὐωνύμῳ ῥάβδον. ἐὰν δὲ χρηματίσῃ σοι, ῥοδίνῳ μύρῳ ἀπάλειψόν σου τὴν χεῖρα. ἔστι δὲ ζῴδιον τῆς πράξεως* figura sequitur. Wessely *Neue griech. Zauberpapyri, Denkschrift der Wiener Ak.* XXXXII (1893) 58. Horatius puerum infossum, qui sacrificatur, ut *aridum iecur amoris esset poculum* depinxit *insignibus raptis* (epod. 5. 11), i. e. praetexta et bulla privatum.

Similiter in Germanorum aliarumque gentium superstitione nuditatem ad ritum pertinere magicum et magos et strigas plerumque nudos cogitari Weinhold l. s. passim exemplis demonstravit[5].

---

[1] *Σινδονίσας* legi vult Abt.

[2] Coni. Abt. 167 adn. 5; papyrus habet *γυμν.κοτα.*

[3] pap. *ω.* [4] pap. *κειμενην.*

[5] Ab eadem origine duci licebit, quod in fabula quadam Christiana *ἔρχεται ὁ διάβολος γυμνὸς καὶ τὰς χεῖρας ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ κράζων ἔλεγεν*, v. H. Usener *Legenden der Pelagia* 1879, 11 IX.

Quamquam nuditatis in rebus magicis significationem facile explicare possumus e vinculorum evitatione, tamen nescio, an aliam quoque originem ei legi subesse veteres putaverint.

Hercules cum Hesperidarum hortos peteret, Antaeum, hominem viribus ingentem, quocum in Africa septentrionali concurrit, ita tantum interficere potuit, ut a terra eius matre elevatum angeret, quam ille dum tangeret, vires eum non defecerunt. Apollod. II 5. 11: *Ταύτης* (*τῆς Λιβύης*) *ἐβασίλευε παῖς Ποσειδῶνος Ἀνταῖος, ὃς τοὺς ξένους ἀναγκάζων παλαίειν ἀνῄρει. τούτῳ παλαίειν ἀναγκαζόμενος Ἡρακλῆς ἀράμενος ἄμμασι μετέωρον κλάσας ἀπέκτεινε. ψαύοντα γὰρ γῆς ἰσχυρότερον συνέβαινε γίνεσθαι, διὸ καὶ Γῆς τινες ἔφασαν τοῦτον εἶναι παῖδα,* cf. Pherecydes FHG I 78. 33[1]. Alcyoneus porro Terra matre natus in Gigantomachia Hercules sagitta transfixus tamen mortuus non est, sed cum in solo, unde ortus erat, immortalis esset, Hercules eum extra Pallenae fines extulit. Apollod. I 6. 1, 6: *Πρῶτον μὲν ἐτόξευεν Ἀλκυονέα* (cf. I 6. 1, 3: *Ἀλκυονεύς, ὃς δὴ καὶ ἀθάνατος ἦν, ἐν ᾗπερ ἐγεννήθη γῇ μαχόμενος*)· *πίπτων δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἀνεθάλπετο· Ἀθηνᾶς δὲ ὑποθεμένης ἔξω τῆς Παλλήνης εἵλκυσεν αὐτόν*[2]. Deinde in museo Treverensi Veneris simulacrum est (Hettner, catalog. n. 656), quod erat, ut traditur *in Coemeterio Monasterii D. Matthiae ferrea suspensum catena, ita lapidantium ictibus*[3] *undique contusum, ut vix ulla membris sit species*; v. W. Chr. Florencourt, *Der gesteinigte Venustorso zu St. Matthias bei Trier, Ztschr. des Ver. v. Altertumsfreunden im Rheinland* XIII (1848) 128 sqq. Veneris autem statuam prioribus temporibus Dianae imaginem esse putabant, quam ut daemonem malignum atque cum turba venatoris furentis vagantem in superstitione populari valde timebant. Cuius vires magicas vanas atque innoxias reddere credebant, cum a terra solutum sublime suspendebant[4]. Quae opinio quam late pro-

[1] Oertel in Roscheri *Lex. myth.* I 362.

[2] Oertel in Roscheri *Lex. myth.* I 251; M. Mayer *Giganten u. Titanen*, Berlin 1887, 172.

[3] Quod vernacula lingua *Heidenwerfen* vocamus, v. Simrock *Ztschr. f. deutsche Mythol.* II 131 sqq.

[4] L. Radermacher *Venus in Ketten, Westdeutsche Ztschr. f. Gesch. u. Kunst* XXIV (1905) 219 sqq.

pagata sit, Radermacher l. c. 226 exemplis demonstravit, quorum hoc affero ex libello medio aevo conscripto, quod *Hexenhammer* inscribitur, cap. VIII, quo loco de magis agitur: *Es ist ratsam, eine solche Gefangene sofort von der Erde aufzuheben, wenn man ihrer habhaft wird, dass sie nicht den Fussboden berührt; sie könnte sich sonst durch Zauber wieder befreien*[1].

Deinde quod terrae vires attribuerunt arcanas, medicinas interdum terram tangere vetitum est, cum earum vim salubrem minui putarent. Marc. Emp. 1. 68: *Hirundinum pulli lapillos in ventriculis habere consuerunt, ex quibus qui albi maxime fuerint, si in manu etiam singuli teneantur aut circa caput lino nectantur, veterrimos et diutinos capitis mulcent dolores, nisi contactu terrae lapillorum potentia minuatur.*

Marc. 1. 76: *Corona de puleio prodest capiti inposita, si terram non tangat.*

Plin. XX 6: *Putant conceptus adiuvari adalligato (elaterii) semine, si terram non adtigerit.*

XX 29: (*Hibisci radicem*) *quidam ad hunc usum auro effodiendam censent cavendumque, ne terram adtingat.*

XX 38: (*Inula*) *si, ut eruta est, terram non adtingat, condita tussim emendat.*

XXI 147: (*Polium*) *adalligandum contra oculorum suffusiones cavendumque, ne terram attingat.*

XXIII 137: *Hi* (*ricini*) *si terram non attigere, sanguinem sistunt adalligati.*

138: *Idem praestare et ramus dicitur . . . si terram non adtigerit, privatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam mensum. Hoc et quocunque tempore ab ipsis decerptum ita, ut terram non adtingat, adalligatumque existimant praestare.*

XXVII 89: *In hoc* (*gallidragae cauli*) *crescente aestate vermiculos nasci tradit* (*Xenocrates*), *quos pyxide conditos adalligari cum pane bracchio ab ea parte, qua dens doleat, mireque ilico dolorem tolli. Valere non diutius anno et ita, si terram non adtigerint.*

Plin. XXVIII 34: *Ferunt difficiles partus statim solvi, cum quis tectum, in quo sit gravida, transmiserit . . . hasta velitari*

[1] Ennemoser *Gesch. d. Magie* 808.

evulsa corpori hominis, si terram non attigerit . . . sic et sagittas corpori eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus amatorium esse.

XXVIII 41: *Pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam et adsidue in bracchio habitus muliebrium locorum dolores prohibet.*

XI 203: *In iuvencarum secundo ventre pilae rotunditate nigricans tophus, nullo pondere, singulare, ut putant remedium aegre parientibus, si tellurem non attigerit.*

Marc. 36. 70: *Carmen idioticum, quod lenire podagram dicitur, sic. in manus tuas exspues, antequam a lecto terram mane contingas, et a summis talis et plantis usque ad summos digitos manus duces et dices.*

Quae potestas medicinarum vim magicam attenuans etiam contrarium efficiebat, ut remedia meliora fierent. Terrae vires inesse opinatur aegritudinem vincientes Rieß, PW. I 44. Varro r. r. I 2, 27: *Ego tui memini, medere meis pedibus „terra pestem teneto, salus hic maneto in meis pedibus“. Hoc ter noviens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare.* Cf. Marc. 32, 20: *Surculum quoque ex myrto terra tactum si quis gerat, ab inguinibus tutus erit.*

Contra scorpiones medetur Plin. XXIX 91: *Lapillus qualiscunque ab ea parte, qua in terra erat, adpositus. Plagae levat dolorem, item testa, sicut erat terra operta ex aliqua parte, inposita liberare dicitur.*

Ad terrae porro vim levantem referre possumus morem Romanorum morientes humi ponendi, Non. p. 279, 24; Serv. Aen. XII 395. Qui usus quam late diffusus sit, E. Samter *Antike und moderne Totengebräuche, Neue Jahrb.* XV (1905) 36 sq. demonstravit, qui eam consuetudinem ita explicavit: *Der Sterbende soll mit der Erde in Verbindung gebracht werden; jedenfalls damit die Seele ohne Aufenthalt in das Totenreich unter der Erde eingehen kann.*

Ad terrae deinde vim profanam spectet fortasse illud αἴρεσθαι hostiarum, de quo refert v. Fritze *Zum griech. Opferritual, Arch. Jhrb.* XVIII (1903) 58 sqq.; P. Stengel, ibid. 113 sqq. (*Opferbräuche der Griechen* 113 sqq.); alia de ea caerimonia affert Ziehen, *Bursians Jahresber.* CXL (1908) 51 sqq.

Quae vis magica, quam magi a terra acceperunt, augeri videbatur, si magi nudis pedibus terram tangerent. Qua ex superstitione sagae, ut figuram vertere possent, pedes denudare solebant, ut artius cum terra cohaererent [1].

Cuius opinionis vestigia etiam apud antiquos indagari posse videntur. Huc enim spectare putaverim exemplum e medicina populari sumptum, quod Plin. XXIX 131 exhibet: *Aranei muscarii tela et praecipue spelunca ipsa inposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo ita, ut a puero impube et capiatur et imponatur nec is triduo se ostendat ei, cui medebitur, neve alter nudis pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicitur*, quo praecepto evitari credebant homines superstitiosi, ut daemonis, qui morbum effecerat vim atque potentiam debilitarent. Eadem de causa neophytae post baptismum terram tangere nudis pedibus non licebat, Aug. ep. 55. 19 (MiPL 33. 221): *Ut gravius corripiatur, qui per octavas suas terram nudo pede tetigerit, quam si mentem vinolentia sepelierit.* Cf. Anrich *Mysterienw.* 212; Oldenberg *Religion des Veda* 417.

Cum autem terrae matri vires attribuerent valentissimas, ex ea superstitione nostratium quoque morem ducere licet infantes imbecillos atque infirmos post partum in terra ponendi [2], quam caerimoniam repraesentare videtur sarcophagus ad viam Latinam inventus (*Annali dell' Inst.* 1868 tab. Q. R.): sub lecto, in quo mater reposita est, infans nudus in terra iacet; quocum conferas picturam Pompeianam (Helbig *Wandgemälde* 1401 b., tab. XIX), qua infans nudus humi collocatus depictus est, iuxta quem ab utraque parte videmus mulierem: quod simulacrum *stellt wahrscheinlich die Weihe des Kindes an Tellus mater dar*, ut interpretatus est A. Dieterich *Mutter Erde* 12 adn. 1.

Quibus expositis nescio an evinci possit nuditati in sacris magicis praescriptae eam subesse sententiam, ut magi terram matrem velut potestatis magicae fontem attingerent ipsam.

---

[1] V. Schambach-Müller *Niedersächs. Sagen* p. 359, quem auctorem affert Radermacher l. s. 226.

[2] Radermacher l. c. 225 adn. 22; Wlislocki *Volksglaube u. relig. Brauch der Magyaren* 63.

Ad eas porro terrae vires magicas redire videtur, quod Verg. Aen. IV 518 Dido deos obtestatur *unum exuta pedem*, ad quod Servius *quia id agitur, ut et ista solvatur et implicetur Aeneas* perperam adnotavit; qui orantium habitus etiam imaginibus confirmatur, v. supra p. 27. Pedis alterius denudatio in more erat apud nonnullas gentes, cum in proelium irent, ut Hernici apud Verg. Aen. VII 689: *Vestigia nuda sinistri instituere pedis; crudus tegit altera pero.* Quae consuetudo quamquam a Servio explicatur: *Atqui ipse est in pugnantibus primus; sed bene nudus est, quia tegitur scuto; dextrum autem tectum conveniebat esse, quasi ab armis remotum*, tamen e more quodam sacro manavisse videtur, et facile fieri potuit, ut ea caerimonia ad terrae vim spectaret arcanam. Eundem morem apud Graecos extitisse docet Macrob. Sat. V 18. 13: *Morem vero Aetolis fuisse uno tantum pede calceato in bellum ire ostendit clarissimus scriptor Euripides tragicus, in cuius tragoedia, quae Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque habitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum convenerant. . . . In eo hi versus sunt* (Nauck² fr. 530):

> *. . . Οἱ δὲ Θεστίου*
> *παῖδες τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδός,*
> *τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἐλαφρίζον γόνυ*
> *ἔχοιεν, ὃς δὴ πᾶσι Αἰτωλοῖς νόμος.*

Hoc cum loco consentit scholiastes, qui ad Phoeniss. 138 adnotavit: *Ἴσως ὅτι ἐξηλλαγμένοι οἱ Αἰτωλοὶ περὶ τὰς ὁπλίσεις . . . καθάπερ καὶ τὴν ὑπόδεσιν, ὥστε τὸν δεξιὸν μὲν ὑποδεδέσθαι πόδα, γυμνὸν δὲ ἔχειν τὸν ἀριστερόν.* De Plataeensibus, qui dextrum pedem nudum habebant, loquitur Thuc. III 22: *Ἦσαν δὲ εὐσταλεῖς τε τῇ ὁπλίσει καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα μόνον ὑποδεδεμένοι ἀσφαλείας ἕνεκα πρὸς τὸν πηλόν*, cf. Macrobius l. c. Huc videtur deinde pertinere illud Iuv. VI 16: *Altera quos nudo traducit Gallia talo*, quam lectionem (*altera Gallia* h. e. Galatia; cf. etiam Schol.; Jahn legi vult *gallica talo*) defendit Friedlaender, comm. ad h. l. Restat ut afferam Iasonis fabulam. Peliae enim sortes datae erant: *Τὸν μονοκρήπιδα πάντως ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ | εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ σταθμῶν εἰς εὐδείελον χθόνα μόλῃ κλειτᾶς Ἰωλκοῦ, ξένος*

αἴτ' ὧν ἀστός, Pindar Pyth. IV 133; cf. schol. Pind. Pyth. IV 133 = Pherec. FHG I 87. 60; Apoll. Rhod. I 5; Apollodor I 107: *Περὶ τῆς βασιλείας ἐθέσπισεν ὁ θεὸς τὸν μονοσάνδαλον φυλάξασθαι.* Lactant. Plac. in Statii Theb. V 336: *Pelias responsum acceperat ut ab eo spoliaretur arce, qui altero ei nudo pede occurrisset*; Lycophr. Alex. 1309 sq. cum schol., v. Seeliger in Roscheri *Lex. myth.* II 65.

Cum ea Iasonis fabula optime congruit, quod ex Germanorum superstitione mali ominis esse putabatur, si quis uno tantum pede indutus esset[1].

Iam venimus ad aliud superstitionis genus, ad medicinam popularem. Quanta affinitate medicina apud gentes cultu atque humanitate inferiores coniungatur cum sacris magicis satis superque constat[2]. Quare mirum non est, quod in rebus ad medicinam popularem pertinentibus nuditatis praescriptum invenimus. Ac primum quidem ut in rebus magicis herbae medicinales colliguntur nudis pedibus. Plin. XXIII 110: *Primus pomi huius partus florere incipientis cytinus vocatur a Graecis, mirae observationis multorum experimento. Si quis unum ex his, solutus vinculo omni cinctus et calciatus atque etiam anuli, decerpserit duobus digitis, pollice et quarto, sinistrae manus atque ita lustratis levi tactu oculis in os additum devoraverit, ne dente contingat, adfirmatur nullam oculorum imbecillitatem passurus eodem anno.* Quo cum praecepto conferas Burchardium, qui circa annum millesimum Vormatiae episcopus erat, apud Grimm, D. M.[4] III 409, qui herbam, quae bilis vocatur, in remediis enumerat, *quam virginem nudam minimo digito dextrae manus eruere faciunt et radicitus crutam cum ligamine aliquo ad minimum digitum dextri pedis alligare.*

Similiter sanguis hircinus a puero investi exceptus auxilium praebet calculosis. Marc. 26. 94: *Calculosis expertus adfirmat incredibiliter succurri remedio tali, si . . . hircum . . .*

[1] Grimm *Deutsche Mythologie*[4] III 445; Sartori *Der Schuh im Volksglauben* 150. 462; Schuller, progr. Schäßburg 1863, 26; Ploß *Das Kind* 204.

[2] Gomperz *Griech. Denker*, Lpzg. 1903, I 223; Wuttke *Der deutsche Volksaberglaube*, Berl.[3] 1900; Most *Encyclop. der Volksmedizin* 1893; Bartels *Medizin der Naturvölker* 1893.

occidas. melius autem erit, si castus purusque fuerit et qui occidit et qui accipiet remedium. Exsecto igitur gutture eius sanguis excipitur, utilius, si ab investibus pueris excipiatur, comburitur in vase fictili usque ad cinerem.

Deinde aegrotus ipse, dum remedium accipit, nudus esse debet. Marc. 31. 33: *Luna XIII hora VIII antequam exeant vel erumpant mori arboris folia, oculos tres tolles digitis medicinali et pollice manus sinistrae et in oculis singulis dices . . . mittesque in coccum Galaticum et in phoenicio lino conchyliatae purpurae conligabis et dices . . . et nudum eum, cui remedio opus est, praeligamine illo cinges.*

Apud Babylonios in exorcismi ritibus praescriptum est, ut qui a daemone quodam morbo ictus est, in sanandi caerimonia vestes exuat[1].

Deinde qui morbum curare vult vestium vinculo vacare fas est. Ita inguinum tumores verbascum a virgine impositum sanat. Plin. XXVI 93: *Experti adfirmavere plurimum referre, si virgo imponat nuda ieiuna ieiuno et manu supina tangens dicat: „negat Apollo pestem posse crescere, cui nuda virgo restinguat", atque ita retrorsa manu ter dicat totiensque despuant ambo*; v. Kroll *Aberglaube* 20; Rieß, PW. I 58.

Denique lotium pueri investis habebatur pro medicina valentissima. Marc. 8. 78: *Ad caliginem abolendam de experimento uteris hoc remedio: salem ammoniacum exustum tere et permisce cum lotio pueri investis atque inde assidue oculis inunge vel superline.* Marc. 9. 23: *Pueri investis urina recens auriculae dolenti et ulcerosae instillata omni umore siccato et dolorem tollit et ulcera mira celeritate persanat.* Theod. Prisc. eupor. I 12: *De oculorum causis 33. et aeris flos tritus in lotio investis pueri* (*virginis* habet cod. Berol. [Pseudo-Theodori] lat. qu. 198 membr. saec. XII) *per septem dies postquam siccaverit ex eo pulvere melle mixto loco impositus competens beneficium praestat* (*tumori circa angulum*).

Ex aliarum gentium superstitione exempla, quibus nudi-

---

[1] H. Zimmermann *Beitr. zur Kenntnis der babylon. Religion*, Lpzg. 1901, 167 n. 3; Dölger *Exorzismus* 110.

tatem in rebus medicis usitatam fuisse apparet, congessit Weinhold *Gesch. d. heidn. Rit.* 35 sqq.[1]

Deinde in rebus rusticis, cum gentes pastoriae atque agrestes maxime superstitioni deditae sint, nuditatis religionem commemoratam invenimus. Adhibetur enim ab iis, qui detrimentum a frugibus arcere volunt. Ita ut herbas nocentes ex agro depellat, virgo nuda agrum circumire debet. Geop. II 42. 3: *Περὶ λέοντος βοτάνης, ἣν καὶ ὀροβάκχην καλοῦσιν. Θεραπεία οὖν εὑρίσκεται ἑτέρα φυσικὴ καὶ ἀντιπαθής, ἥ καὶ Δημόκριτος μαρτυρεῖ· παρθένος ὥραν ἔχουσα γάμου, ἀνυπόδετος γυμνὴ (αἷμα ἔχουσα γάμου . . . .* (ras) *οὔσης γυμνῆς* cod. F) *μηδὲν καθόλου περικειμένη, λελυμένη τὰς τρίχας, ἀλεκτρυόνα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχουσα περιελθέτω τὸ χωρίον, καὶ εὐθέως χωρίζεται μὲν ἡ λεόντειος πόα, τὰ δὲ ὄσπρια κρείττονα γίνεται, ἴσως καὶ τῆς βοτάνης ταύτης τοῦ λέοντος τὸν ἀλεκτρυόνα φοβουμένης.*

Item mulier nuda bestiolas[2] molestas removere potest, qua ratione urucae praecipue interficiuntur. Plin. XXVIII 78: *Quocunque autem alio menstruo si nudatae* (scil. *mulieres*) *segetem ambiant, urucas et vermiculos scarabaeosque ac noxia alia decidere Metrodorus Scepsius* (FHG III fr. 4 p. 204) *in Cappadocia inventum prodit ob multitudinem cantharidum; ire ergo per media arva retectis super clunes vestibus. Alibi servatur, ut nudis pedibus eant, capillo cinctuque dissoluto*[3].

Apud alios auctores nuditas pedibus tenus conservatur. Colum. XI 3. 64: *Sed Democritus in eo libro, qui Graece inscribitur περὶ ἀντιπαθῶν, adfirmat has ipsas bestiolas* (urucas) *enecari, si mulier, quae in menstruis est, solutis crinibus et nudo*

---

[1] Cf. Aelian. n. a. XVI 28: *Καλλίας . . . φησὶ τοὺς κεράστας ὄφεις δεινοὺς εἶναι τὸ δῆγμα· ἀναιρεῖν γὰρ καὶ ζῷα ἄλογα καὶ ἀνθρώπους, εἰ μὴ παρείη Λίβυς ἀνήρ, Ψύλλος ὢν τὸ γένος . . ., ἐὰν δὲ περαιτέρω καὶ τοῦδε τοῦ φαρμάκου κατισχύῃ τὸ κακόν, ὁ δὲ τῷ νοσοῦντι παρακλίνεται γυμνῷ γυμνὸς καὶ τοῦ χρωτὸς οἱ τοῦ ἰδίου προσανατρίψας τὴν ἰσχὺν τὴν συμφυῆ, εἶτα μέντοι τοῦ κακοῦ πεποίηκε τὸν ἄνθρωπον ἐξάντη.*

[2] Kroll *Abergl.* 28 sq.; cf. etiam Kroll, Analecta Graeca, progr. Greifswald 1901, p. 9 v. 114 sqq.

[3] Ploß-Bartels *Das Weib*[4] I 328; Weinhold l. c. 32 sqq. Germanorum eiusmodi superstitionem exhibet E. H. Meyer *Deutsche Volksk.* 15 sq.; *Indogerm. Pflügebräuche, Ztschr. Ver. Volksk.* XIV (1904) 10 adnot. 2.

pede unamquamque aream ter circumeat: post hoc decidere omnes vermiculos et ita emori.

Colum. X 357 sqq.:

> At si nulla valet medicina repellere pestem,
> Dardanicae veniunt artes nudataque plantas
> femina, quae iustis tum demum operata iuvencae
> legibus obsceno manat pudibunda cruore,
> sed resoluta sinus, resoluto maesta capillo,
> ter circum areolas et saepem ducitur horti.
> quae cum lustravit gradiens, mirabile visu,
> non aliter quam decussa pluit arbore nimbus
> vel teretis mali vel tectae cortice glandis,
> volvitur in terram distorto corpore campe.

Plin. XVII 266: *Contraque urucas et, ne mala putrescant, lacerti viridis felle tangi cacumina iubent, privatim autem contra urucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta.*

Pallad. agric. I 35. 3: *Aliqui mulierem menstruantem nusquam cinctam solutis capillis nudis pedibus contra erucas et cetera hortum faciunt circumire.*

Geop. XII 8. 5: *Κάμπας ἐν λαχάνοις ἢ δένδροις μὴ εἶναι. τινὲς δὲ, ὅταν κάμπαι πολλαὶ ὦσι, γυναῖκα καθαιρομένην εἰσάγουσιν εἰς τὸν κῆπον, ἀνυπόδετον, λυσίτριχα (λυσίκομον* cod. M), *ἓν μόνον ἐνδεδυμένην ἱμάτιον, καὶ μηδὲν ἄλλο ὅλως ἔχουσαν, μήτε περίζωμα μήτε ἕτερόν τι* (iam elucet, qua ratione nuditas paulo coercita sit!). *αὕτη γὰρ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τρὶς περιελθοῦσα τὸν κῆπον καὶ διὰ μέσου ἐξελθοῦσα, εὐθέως ποιήσει ἀφανεῖς τὰς κάμπας*[1].

In vinis curandis pueri investes occupantur. Pallad. de agric. VIII 7: *De hydromelli: inchoantibus canicularibus diebus aquam puram pridie sumis ex fonte. in III aquae sextariis unum sextarium non despumati mellis admiscebis ac diligenter per carenarias divisum quinque horarum spatio continuo per investes pueros curabis agitare vasa ipsa concutiens. tunc quadraginta diebus ac noctibus patieris esse sub caelo.* Pallad. XI 14. 16: *Illud memento servare prae ceteris, ut, quotiens vinum movetur, investis puer hoc aut aliquis satis purus efficiat.* Sed

[1] Schenkl *Röm. Mitt.* XXI (1906) 210 sqq.

dubium est, utrum illud *puer investis* nudum significet an inpubem. Puer qui in Liberalibus togam virilem sumebat, vesticeps vocabatur (Marquardt, *Privatalt.*[2] I 125; Fest. ep. p. 368. 9; Gell. V 19. 7; Tertull. de an. 56; Auson. idyll. 4. 73; Apul. de mag. c. 98), ante id tempus investis erat (Macrob. Sat. III 8. 7; Apul. met. V 28, de mag. c. 98. De ea voce perperam iudicaverunt Nonius p. 45 M; Serv. ad Aen. VIII 659). Cum autem ea caerimonia pubertatis termino fieret, voces investis et inpubes, vesticeps et puber eadem significatione usurpari solebant. Qua ex origine eum morem deducamus, incertum est, tamen inde ortum esse suspicari liceat, quod pueri pristinis Romanorum temporibus primam aetatem nudo corpore agebant. Qui pueri investes vel impubes (*ἄφθοροι*) quantum valuerint in medicina populari et in rebus magicis, exemplis docemur plurimis. Marc. 8. 78; 8. 203; 9. 23; 9. 106; 26. 94; 29. 34; 36. 28; 26. 30; 22. 37; Pallad. VIII 7; XI 14. 16; Diosc. II 9; Plin. XXIV 39; XXVIII 65. 75. 229; Theod. Prisc. eupor. I 12; Rieß P.W. I 86.

Quamquam in eis caerimoniis velut in sacris nuditate vinculorum impedimenta solvere putabant, tamen multum valebat vis averrunca quam nuditati et gestui obscoeno adscribebant (v. Plin. XXVIII 78). Cui rei cum fidem haberent maximam, ad tempestatis calamitates avertendas mulieres caelo genitalia denudata ostendere solebant. Plin. XXVIII 77: *Iam primum abigi grandines turbinesque contra fulgura ipsa mense nudato; sic averti violentiam caeli, in navigando quidem tempestates etiam sine menstruis*; cf. Solinus I 73; Geop. I 14. 1: *Γυνὴ ἔμμηνος δειξάτω τὰ αἰδοῖα αὐτῆς χαλάζῃ, καὶ ἀποστρέφει. ὁμοίως δὲ τὴν τοιαύτην θέαν καὶ πᾶν θηρίον φεύγει* (cf. Plin. XXVIII 78)[1].

Quos ritus superstitiosos ut explicemus duae viae patent. Primum enim originem ducimus a sanguinis potestate daemones avertendi, quorum numine laeso grandines missas esse putabant et quos ipsos in nubibus suspicabantur[2]. Quos ut

[1] Weinhold *Heidn. Rit.* 34; Sittl *Gebärden* 123; O. Jahn *Über den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten, Sitzgsber. sächs. Ges. d. Wiss.* VII (1855) 28 sqq.

[2] Ex Germanorum opinione nubes, si qua ratione (ut campanorum sonitu) depelluntur, magae mulieres nudae decidunt; v. Weinhold l. c. 14.

sanguinis, praesertim cum ira incensi essent, cupidissimos (Val. Flacc. I 828; Hermann *Gottesd. Alt.*[2] 171; Tambornino l. c. 87) sanguine oblato placare solebant, cuius vis valde augetur, si sanguis menstruus est[1].

Deinde autem eis in caerimoniis summi momenti erat gestus ille obscoenus, cui vim avertentem tribuebant maximam, v. Jahn *Abergl. des bösen Blicks* 80 sq., 93 sq.; S. Seligmann *Der böse Blick u. Verwandtes*, Berlin 1910, II 204. Quod perspicitur ex Neptuni fabula, quem, ut Bellerophontem neglectum ulcisceretur, Lyciorum oram aquis vastantem mulieres genitalibus detectis reppulisse dicuntur. Plut. virt. mul. IX 248 B: *Αἱ γυναῖκες ἀνασυράμεναι τοὺς χιτωνίσκους ἀπήντησαν αὐτῷ· πάλιν οὖν ὑπ' αἰσχύνης ἀναχωροῦντος ὀπίσω καὶ τὸ κῦμα λέγεται συναποχωρῆσαι*[2]. Huc accedit, quod gestus obscoenus contumeliosus atque iniuriosus putabatur; v. Gruppe *Griech. Myth.* 896; Heim, Incantamenta magica Graeca Latina, *Fleckeis. Jahrb. Suppl.* XIX (1893) 507. Notissimum praebent exemplum illae mulieres Laconicae, de quarum una refert Plutarchus (Lacon. apophth. IV 241 B): *Τῶν υἱῶν φυγόντων ἐκ μάχης καὶ παραγενομένων ὡς αὐτήν, ποῖ, φησίν, ἥκετε δραπετεύσαντες, κακὰ ἀνδράποδα; ἢ δεῦρο ὄψεν ἐξέδυτε καταδυσόμενοι; ἀνασυραμένη καὶ ἐπιδείξασα αὐτοῖς τὴν κοιλίαν.* Idem de Persis narratur apud Plut. virt. mul. 246 A: *Πέρσας Ἀστυάγους βασιλέως καὶ Μήδων ἀποστήσας Κῦρος ἡττήθη μάχῃ· φεύγουσι δὲ τοῖς Πέρσαις εἰς τὴν πόλιν, ὀλίγον ἀπεχόντων συνεισπεσεῖν τῶν πολεμίων, ἀπήντησαν αἱ γυναῖκες πρὸ τῆς πόλεως καὶ τοὺς πέπλους ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἐπάρασαι . . . εἶπον . . . ταύτην τὴν ὄψιν ἅμα καὶ φωνὴν αἰδεσθέντες οἱ Πέρσαι*

---

[1] Cf. Sen. nat. quaest. IV 6; VII 7; Clem. Al. strom. VI 8, 31; Palladius I 35; v. Niclasii editoris (Lpzg. 1781) adnotationes ad Geop. I 15; Diels *Sib. Blätter*, Berl. 1890, 69 adn. 2; H. L. Strack *Das Blut im Glauben und Aberglauben der Menschheit*, München 1900; Wächter *Reinheitsvorschriften im griech. Kult* (*Rel.gesch. Vers. Vorarb.* IX 1) 38.

[2] Bethe, P.W. III 247; Müller *Nacktheit* 9. Ventos ut delinirent nautae Itali, nates eis ostendebant: Sittl *Gebärden* 114; cf. Weinhold *Heidn. Rit.* 35; Liebrecht *Zur Volksk.* 355 sqq. Grandines apud Ruthenos depelluntur, cum magae eis offerunt clunes detectas, Weinhold 25. Similia ex aliarum gentium superstitione prodit Weinhold 11. 42. 45; vide etiam Wellhausen *Reste arab. Heidentums*[2] 159; Liebrecht *Volksk.* 328. 401; Rieß, P.W. I 85; Kuhnert, ib. VI 2011.

καὶ κακίσαντες ἑαυτοὺς ἀνέστρεψάν τε καὶ συμβαλόντες ἐξ ἀρχῆς ἐστρέψαντο τοὺς πολεμίους; cf. Iustin. I 6. 13—14[1].

Apud Theophr. char. VI 2: Ὁ δὲ ἀπονενοημένος τοιοῦτός τις, οἷος ὀμόσαι ταχύ, κακῶς ἀκοῦσαι, λοιδορηθῆναι δυνάμενος, τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις καὶ ἀνασεσυρμένος καὶ παντοποιός (cf. Hesych. s. v. ἀνασεσυρμένη· ἡ συρόμενον ἱμάτιον ἐπαίρουσα καὶ μέρος γυμνοῦσα) et XI 2: Ὁ δὲ βδελυρὸς τοιοῦτος, οἷος ἁπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον; v. adnot. in edit. Lips. 1897 p. 93. Similiter Aegyptiorum mulieres τωθάζουσι βοῶσαι τὰς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ γυναῖκας, αἱ δὲ ὀρχέονται, αἱ δὲ ἀνασύρονται ἀνιστάμεναι, Herod. II 60; v. A. Wiedemann *Herodots II. Buch*, Lpzg. 1890, 256; Sittl *Gebärden* 100. Cf. etiam quae Diodor. I 85. 3 de mulieribus Apim venerantibus refert: Ἐν δὲ ταῖς προειρημέναις τετταράκονθ' ἡμέραις μόνον ὁρῶσιν αὐτὸν αἱ γυναῖκες κατὰ πρόσωπον ἱστάμεναι καὶ δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια, τὸν δ' ἄλλον χρόνον ἅπαντα κεκωλυμένον ἐστὶν εἰς ὄψιν αὐτὰς ἔρχεσθαι τούτῳ τῷ θεῷ.

Cum autem antiqui timerent, ne pudendorum aspectu deum aliquem offenderent, ea ex religione praescriptum Pythagoreorum explanare possumus πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν, Androcydes ap. Diog. Laert. VIII 17; Iambl. protr. XXI 115. 19 Pist.; Aristot. π. τῶν Πυθαγορείων ap. Rose, Ar. pseudoep. 202; v. Boehm, De symb. 53; Usener *Götternamen* 179. Neque soli Pythagorei solis lucem ita venerabantur, sed iam apud Hesiodum op. et d. 727 sqq. vetatur:

> Μηδ' ἄντ' ἠελίου τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν·
> αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ, μεμνημένος ἔς τ' ἀνιόντα,
> μήτ' ἐν ὁδῷ μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς
> μηδ' ἀπογυμνωθείς· μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.
> ἑζόμενος δ' ὅ γε θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένα εἰδώς,
> ἢ ὅ γε πρὸς τοῖχον πελάσας ἐνερκέος αὐλῆς.

Eadem haec religio valebat apud Iudaeos, Deuteron. 23. 13 sq., apud Essaeos, Ioseph. bell. Iud. 2. 8. 9; Hippolyt. IX 25; v. Schwally *Semit. Kriegsaltert.* 67 sq.; Boehm l. c. 53.

Plin. XXVIII 69: *Magi vetant . . . contra solem lunamque*

[1] F. Dümmler *Philol.* N. F. VII (1894) 125 = *Kl. Schr.* II 409.

nudari aut umbram cuiusquam ab ipso respergi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet, ne deum aliquem nudatio offendat.

Ad similem caeli venerationem fortasse pertinet, quod flamen Dialis *tunica intima nisi in locis tectis non exuit se, ne sub caelo tamquam sub oculis Iovis nudus sit*, Gell. X 15, 20; cf. Plut. quaest. Rom. XL 274 B: *Διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι . . . πατὴρ δ' ὁ Ζεὺς καὶ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ μάλιστά πως εἶναι δοκεῖ τοῦ Διὸς ἐνώπιον. ἤ, καθάπερ ἐν ναῷ καὶ ἱερῷ γυμνοῦν ἑαυτὸν ἀθέμιτόν ἐστιν, οὕτω τὸν ὕπαιθρον ἀέρα καὶ τὸν ὑπουράνιον, ὄντα καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων μεστόν, ἐξευλαβοῦντο*; v. Aust in Roscheri *Lex. myth.* II 698.

Eadem superstitione apud antiquos vetabatur locis sacris mingere, Pers. I 13: *Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra | meiite*, aut ad imperatorum statuas, Ael. Spart. Carac. V 7: *Damnati sunt eo tempore qui urinam in eo loco fecerunt, in quo statuae aut imagines erant principis*; v. Sittl *Gebärden* 100.

Adiungam denique inscriptionem in lapide insculptam, quam Jahn *Abergl. d. bös. Blicks* 88 exhibet: *Quisquis in eo vico stercus non posuerit aut non minxerit, is habeat illas propitias, si neglexerit, viderit*, quocum conferas illud Aristophaneum *κατατιλᾶ τῶν Ἑκατείων* (ran. 366); cf. Hor. sat. I 8, 38.

Ut autem denudatio partium pudendarum vim exercebat apotropaeam, etiam eorum figuris contra daemonum insidias utebantur. Ita amolimentum valentissimum a mala effascinatione erat phallus. Porphyr. ad epod. 8. 18; Sittl *Gebärden* 121; Kuhnert, s. v. *fascinum*, P.W. VI 2011; Jahn *Abergl. des bös. Blicks* passim; Preller-Jordan *Röm. Myth.*[3] II 50. 60. 255; Müller *Nacktheit* 129; Pernice *Festschr. f. Benndorf*, Wien 1898, 75 sqq.; Marquardt *Privatleben*[2] 84; Mau P.W. III 1048; Usener *Reden u. Vorträge* 116; Seligmann *Der böse Blick* II 188 sqq. Inde fluxisse videtur, quod gestus ille obscoenus, quam ficam appellare solebant, ad daemones deterrendos usui erat, Sittl *Gebärden* 123. Eandem vim apotropaeam adscribebant veteres digito medio extenso, qui digitus ea re impudicus verpus infamis vocabatur; v. Weinreich *Antike Heilungswunder* (*Rel.gesch. Vers. Vorarb.* VIII 1) 45 adn. 2; Seligmann *Der böse Blick* II 184 sqq. Multo rarius cunnus amuleti loco in usu erat apud antiquos (Seligmann l. l. II 203); sed symbola eius similia substituebant,

ut conchas, quae *χοίριναι* Graece appellantur. Rieß, P.W. I 85; 1985; Kuhnert, ib. VI 2012; Jahn l. c. 79; S. Seligmann *Der böse Blick* II 126. 204.

Sed haec hactenus. Iam redeamus, unde aberravimus, ad nuditatem in rebus rusticis usitatam. Vere apud populos agrestes caerimoniae aguntur ad fertilitatem augendam, quarum affero Germanicam quae vocatur *Pflugumziehen*, quam nudi iuvenes aut virgines exercent; v. E. H. Meyer *Indogerm. Pflügebräuche, Ztschr. Ver. Volksk.* XIV (1904) 18; Mannhardt *Feld- u. Waldk.* 468. 560; Preuß *Globus* LXXXVI 380 b; Weinhold l. c. 27 sqq., 29 sqq. Quae actio magica, qua ex opinione orta sit, inde elucet, quod sub aratro nihil aliud nisi membrum virile intellegebant iam veteres. Ea significatione Lucretius de rer. nat. VI 1265 vomere voce utitur, et quam arta cognatione *ἀγρὸν ἀροῦν* et *τέκνα σπείρειν* cohaereant, multis antiquorum testimoniis confirmatur[1]. Caerimonia igitur arandi efficiebant, ut Dieterichii verbis (*Mutter Erde* 97) utar, *einen Befruchtungszauber: der Pflug begattet die Erde; er ist der phallus.*

Cui consuetudini morem apud gentes incultas late diffusum comparem. Ut solum uberem redderent, coitus rudibus temporibus in agro obibant[2], deinde mentibus magis eruditis amplexus Venereos quocumque modo imitabantur. Ex antiquorum litteris commemoro Cereris cum Iasione in agro nuptias, Od. V 125 sqq.; Hes. Theog. 969 sqq.; Mannhardt *Myth. Forschgen* 238 sqq., Seeliger in Roscheri *Lex. myth.* II 60[3]. Quibus in ritibus sacris nuditatem religiosam esse quid mirum?

Apud gentes naturales in feriis agrestibus ad terrae fertilitatem augendam pompae fieri solebant ab hominibus nudis, qui arrecto pene nimio finguntur, Preuß *Arch. f. Anthropologie* I (1904) 174 sqq. Similiter ad pluviam impetrandam ambar-

[1] Locos huc pertinentes collectos habemus apud L. Preller *Demeter u. Persephone*, Hamburg 1837, 35 adn. 61; Mannhardt *Myth. Forschgen* 352 sqq.; A. Dieterich *Mutter Erde* 78 sqq.; A. Abt *Die Apologie* 242 sqq.

[2] Cf. Aug. c. D. IV 11: *Terram vero tamquam coniugem eandemque matrem . . . fecundis imbribus et seminibus fetet Iuppiter.*

[3] Cf. Mannhardt, WFK I 469 sqq., 480 sqq.; Usener *Hess. Blätt. f. Volksk.* I 202 sq.; Preuß *Ursprung der Religion u. Kunst, Globus* LXXXVII (1905) 356 sqq., 415 sqq.; Weinhold l. s. 20; Preuß *Ztschr. f. Erdkunde* 1908, 167.

valia fiebant a viris nudis, qui in vase apud Mexicanos invento depinguntur phallo maximo ornati, Preuß l. c. 131; Dieterich *Mutter Erde* 96.

Eadem caerimonia observata est apud gentem Mexicanam, quae Zuñi vocatur. Decem viri praeter licium nudi vici domos circumeunt, super quos mulieres aquam effundunt quam plurimam [1]. Quibus cum pompis optime consentiunt actiones sacrae, quas in vase Corinthiaco depictas videmus [2]. Hephaestum sequuntur iuvenes nudi, partim ithyphallici, et Dionysus ipse nudus depictus est [3]. Cuius similes pompas descripsit Heydemann, in quibus iuvenes nudi phallum immensum portant [4].

Sub quibus figuris ingenti pene distinctis daemones primo agnovit suo iure Dümmler *Annal. dell' Inst.* LVII (1885) 128 sqq. = *Kl. Schr.* III 21 sqq., quibus ut fertilitatis daemonibus praecipue convenit species illa phallica [5].

Ut autem hi daemones corpore nudo cogitantur, ita signa fecunditatis praecipue penem et vulvam in ritibus ad terrae fertilitatem augendam plurimum valuisse manifestum est [6].

Daemones ubertatis ea re membro finguntur quam maximo; qua de causa describitur Priapus *ruber hortorum custos, membrosior aequo, qui tectum nullis vestibus inguen habet*, Priap. I 5; v. Jessen in Roscheri *Lex. myth.* III 2975.

Deinde Mercurius apud Graecos deus ubertatis et genitalis habebatur, qui primo ipse phallus erat, deinde phalli symbolo significabatur, non solum Cyllenae (Artemidor I 45; Hippolyt. ref. haer. 5. 7 p. 144; Paus. VII 26, 3; idem haud raro φάλης nominabatur, v. Luc. Iup. trag. 42. Φάλης cum phallo cognatum esse docet Aristoph. Ach. 263 et Hesych. s. v.), sed

---

[1] Preuß *Arch. f. Anthrop.* I 131 sqq.; Dieterich *Mutter Erde* 96.

[2] Quod publici iuris fecit et explanavit G. Löschcke *Athen. Mitt.* XIX (1894) tab. VIII 511 sqq.; v. Preuß l. c. 133.

[3] Dionysi, quamquam is plerumque in imaginibus vestitus fingitur, nuditas tamen confirmatur nummo in Graecia Magna reperto; v. Thraemer in Roscheri *Lex. myth.* I 1100; Loeschcke l. c. 516 sq.

[4] III *Hall. Winkelm. Progr.* tab. II 3a, 3b; apud Preuß 134 fig. 6. 7.

[5] A. Körte *Archäol. Jahrb.* VIII (1893) 61 sqq.; Usener *Heilige Handlung, Arch. f. Rel. Wiss.* VII (1904) 285.

[6] J. A. Dulaure *Des divinités génératrices ou du culte du phallus*, Paris[2] 1905.

etiam aliis locis sub ea specie colebatur[1]; cf. Herod. II 51; Aristoph. Lys. 1079 c. schol.; Paus. IX 39. 7; Hippolyt. ref. haer. V 8 p. 152 (ed. Duncker-Schneidewin, Gött. 1859): *Ἕστηκε δὲ ἀγάλματα δύο ἐν τῷ Σαμοθρᾴκων ἀνακτόρῳ ἀνθρώπων γυμνῶν, ἄνω τεταμένας ἐχόντων τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας εἰς οὐρανὸν καὶ τὰς αἰσχύνας ἄνω ἐστραμμένας καθάπερ ἐν Κυλλήνῃ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ*; cf. Varro l. l. V 55.

Huc pertinent denique *Δάκτυλοι Ἰδαῖοι*[2] et ei daemones, de quibus Athenaeus XIV 15. 16. p. 621 e—622 d loquitur.

Deinde ad sacra rustica spectant Floralia, quae Romae ita celebrabantur, ut mimi agerentur, quorum partes non mimae, sed meretrices — nec multum intererat — susceperant, quae populo spectante vestibus depositis nudae agebant; schol. Iuv. VI 250: *Meretrices nam Floralibus ludis armis certabant gladiatoriis atque pugnabant. — Tuba qua committuntur ludi Florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per varias artes ludendi discurrunt. Nam a Flora meretrice instituti sunt, in honorem Florae deae conditi, quae floribus praeest. Ludi sunt impudici.* Val. Max. II 10. 8: *Eodem (M. Porcio Catone) ludos Florales, quos Messius aedilis faciebat, spectante populus ut mimae nudarentur postulare erubuit. quod cum ex Favonio, amicissimo sibi una sedente cognosset, discessit e theatro, ne praesentia sua spectaculi consuetudinem impediret. Quem abeuntem ingenti plausu populus prosecutus, priscum morem iocorum in scenam revocavit, confessus plus se maiestatis uni illi tribuere quam sibi universo vindicare.* Seneca ep. mor. XIII 2. 97: *Hoc (adulterium) inter Pompeium et Caesarem, inter Cicerones Catonemque commissum est, Catonem inquam illum, quo sedente populus negatur permisisse sibi postulare Florales iocos nudandarum meretricum.*

Praeter nuditatem Floralia cum lascivia atque iocis obscoenis celebrari[3] scriptores tradiderunt. Iuv. XI 162:

[1] Scherer in Roscheri *Lex. myth.* I 2376, 2360; Dieterich *Abraxas* 71 adn. 4; Preller-Robert *Griech. Myth.* I 411; Deubner, De incubatione 20; Reitzenstein *Poimandres* 33; L. Curtius *Die antike Herme*, diss. München 1903.

[2] Kaibel, *Δάκτυλοι Ἰδαῖοι, Mitt. Gött. Ges. d. Wiss.* 1901, 488 sqq.

[3] Iocos obscoenos in plerisque feriis popularibus, praecipue rusticis in usu sunt; v. Preuß *Arch. f. Anthrop.* I 134. Huc pertinere videntur ioci flagitiosi, qui a Graecis *γεφυρισμοί* vocabantur. Diodor. V 4. 7: *Ἔθος δὲ ἐστὶν αὐτοῖς ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις αἰσχρολογεῖν κατὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους*

> Forsitan exspectes, ut Gatidiana canoro
> incipiant prurire choro, plausuque probatae
> ad terram tremulo descendant clune puellae.
> spectant hoc nuptae iuxta recubante marito,
> quod pudeat narrare aliquem praesentibus ipsis,
> irritamentum Veneris languentis et acres
> divitis urticae (maior tamen ista voluptas
> alterius sexus; magis ille extenditur et mox
> auribus atque oculis concepta urina movetur).

Schol. Cornut. ad Iuv. VI 249: *Flora erat apud antiquos ministra Cereris, cuius sacra mense Aprili celebrabantur, quando flores in arboribus sunt. in his autem sacris omnia turpia impune committebant mulieres.* Martial. I 35. 8: *Quis Floralia vestit et stolatum permittit meretricibus pudorem.* Auson. de fer. 25: *Nec non lascivi Floralia laeta theatri*; cf. Ael. Lampr. Heliog. 26.

Christiani praecipue scriptores ludos Florales ob impudicitiam castigabant. Tert. lib. de spect. 17: *Ipsa etiam prostibula, publicae libidinis hostiae, in scena proferuntur, plus miserae in praesentia feminarum, quibus solis latebant, perque omnis aetatis, omnis dignitatis ora transducuntur; locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non erat, praedicatur, etiam (taceo de reliquis) quae in tenebris et in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent; erubescat senatus, erubescant ordines omnes; ipsae illae pudoris sui intercemptrices de gestibus suis ad lucem et populum expavescentes semel anno erubescant.* Aug. civ. D. II 27; de cons. evang. I 33. 51; epist. 91, 5; Arnob. VII 33: *Existimatne tractari se honorifice Flora, si suis ludis flagitiosas conspexerit res agi et migratu ab lupanaribus in theatra*; carm. c. pag. 113: *Flora ... ludorum turpis genetrix, Venerisque magistra.*

Ex nonnullis auctorum locis apparet Floralia agi ad fertilitatem praecipue seminum atque fecunditatem augendam. Schol. Pers. V 177: *Hoc enim in ludis Floralibus inter cetera munera iactabatur* (scil. *piper*), *quando Terrae ludos colebant et omnia semina super populum spargebant, ut tellus veluti visceralibus placaretur.* Plin. XVIII 26: *Itaque instituerunt Floralia, ut*

ὁμιλίας διὰ τὸ τὴν Θεὸν ἐπὶ τῇ τῆς Κόρης ἁρπαγῇ λυπουμένην γελάσαι διὰ τὴν αἰσχρολογίαν. V. Hesych. s. v. *στήνια*, Photios *στήνια*, Cleomedes cycl. theor. 2. 1. p. 112; v. Nilsson *Griech. Feste* 320sqq.

omnia bene deflorescant. Arnob. adv. nat. III 23: *Flora illa genetrix et sancta obscenitate ludorum bene curat, ut arva florescant.*

Qua cum re congruit mimarum nuditas, quae ad ritum sacrum pertinet et ex vetustiore aetate conservata est (Val. Max. *priscus mos*). Sub nudis enim mimis ut sub figuris virorum nudorum ithyphallicis fertilitatis daemones intellexit idque aliarum gentium moribus evicit Preuß *Arch. für Anthrop.* I 179 sqq., quarum nuditatem propriam esse supra commemoravi[1]. Fecunditatis daemones sunt figurae quoque mulierum fictiles nimio ventre insignes, quae una cum simulacris phallicis apud Russos repertae sunt[2].

Ad fecunditatis daemonum ferias sacras videntur redire primordia et comoediae Atticae[3] et mimi[4]. Actorum autem ornatus talium daemonum habitum imitabatur, quod optime illustratur vasis pictis[5]. Aretaeus II 12: *Οἱ σάτυροι τοῦ Διονύσου ἱεροὶ ἐν τῇσι γραφῇσιν καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὄρθια ἴσχουσι τὰ αἰδοῖα, ξύμβολον τοῦ θείου πρήγματος.*

Denique ab actionibus magicis ad terrae ubertatem impetrandam mysteria Eleusinia originem traxisse videntur, quae ad Cereris cultum adnexa sunt[6]. Quam ad originem agrestem denudatio obscoena respicit, quae magnum in Cereris sacris locum obtinebat. Cuius fabulae primum mentio fit hymn. in Cer. 202 sqq.:

---

[1] Conferas etiam Esthorum choros a mulieribus nudis exercitatos; Weinhold *Gesch. heidn. Rit.* 30.

[2] Preuß l. c. 179; Reich *Der Mimus*, Lpzg. 1903, I 507 adn. 1; cf. Körte *Arch. Jahrb.* VIII (1893) 70. 71. 75. De Floralibus permulti viri docti egerunt, quorum affero: Mannhardt *Mythol. Forschgen* 354 sqq.; Marquardt *Staatsverw.*[2] III 379 sqq.; Steuding in Roscheri *Lex. myth.* I 1485; Wissowa, PW. VI 2750; idem, *Rel. u. Kult. d. Röm.* 163 sqq.; Preuß l. c. 174 sqq.; Reich *Mimus* 173 sqq.

[3] Preuß l. c. 174 sqq.; idem *Der daemon. Ursprg. des griech. Dramas, Neue Jahrb.* XVII (1906) 161 sqq.; J. Poppelreuter, De comoediae Atticae primordiis, diss. Berl. 1893, 15 adn. 2; Wilamowitz in Kaibel, Com. gr. frgm. I 1, 184; Körte *Arch. Jahrb.* VIII 92; Loeschcke *Athen. Mitt.* XIX 518; Bethe *Prolegomena zur Gesch. d. Theat.*, Lpzg. 1896; alii.

[4] Reich *Der Mimus*, Lpzg. 1893.

[5] Dümmler, Rh. Mus. XLIII (1888) 355; Heydemann *Phlyakendarstellungen, Arch. Jahrb.* I 266; Preuß l. c. 174 sqq.

[6] Dulaure *Des divinités génératrices*[2] 104; de Jong *Ant. Mysterienw.* 21.

Ἰάμβη κέδν' εἰδυῖα
πολλὰ παρασκώπτουσ' ἐτρέψατο πότνιαν, ἁγνὴν,
μειδῆσαι γελάσαι τε καὶ ἵλαον σχεῖν θυμόν.

Clem. Al. protr. II 20. 3 p. 17: *Καὶ δὴ ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ, τῆς δὲ ἀναινομένης λαβεῖν καὶ πιεῖν οὐκ ἐθελούσης (πενθήρης γὰρ ἦν), περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γενομένη ὡς ὑπερορᾳθεῖσα δῆθεν, ἀναστέλλεται τὰ αἰδοῖα καὶ ἐπιδεικνύει τῇ θεῷ. ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηὼ καὶ μόλις ποτὲ δέχεται τὸν ποτόν, ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. ταῦτ' ἔστι τὰ κρύφια τῶν Ἀθηναίων μυστήρια· ταῦτά τοι καὶ Ὀρφεὺς ἀναγράφει. παραθήσομαι δὲ σοὶ αὐτὰ τοῦ Ὀρφέως τὰ ἔπη . . .*

ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρετο, δεῖξε δὲ πάντα
σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον. παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεά, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
δέξατο δ' αἴολον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Quam fabulam Euseb. praep. ev. II 3 eisdem verbis refert. Aliam versionem habet Arnob. adv. nat. V 25; cf. Hesych. s. v. *Βαυβώ· τιθήνη Δήμητρος. σημαίνει δὲ καὶ κοιλίαν, ὡς παρ' Ἐμπεδοκλεῖ.* Etym. Magn. 463. 23: *Ἰάμβη· τινὲς ὅτι Ἰάμβη Ἠχοῦς καί Πανὸς θυγάτηρ, τὴν Δήμητραν δὲ λυπουμένην παίζουσα καὶ αἰσχρολογοῦσα καὶ σχήματα ἄχρηστα ποιοῦσα ἐποίησε γελάσαι.* Schol. in Luciani Peregrin. 13 p. 219, 17 Rabe; v. Kern, P.W. III 151; Schultz in Roscheri *Lex. myth.* I 753; Jong *Mysterienw.* l. c.

Deinde phallus ut ubertatis insigne in mysteriis colebatur. Plut. de cup. div. VIII 527 D: *Ἐπὶ πᾶσι δὲ φαλλός.* Fascinus in cista sacra adorabatur, Clem. Al. protr. II 19. 4, et sunt, qui Bacchum ipsum phallum esse putent: Thiele *Neue Jahrb.* 1902, 407 sqq.; Foucart *Le culte de Dionys en Attique, Ac. Inscr.* XXXVII (1904) 71—80. Quae sententia vel eo confirmari videbatur, quod Bacchus in Venereis deis enumerabatur. Aug. civ. D. VI 9; Schol. Aristoph. Ach. 243: *Παίδων γενέσεως αἴτιος ὁ θεός*; interdum etiam hymenaeus vocabatur, v. Gruppe l. c. 1422. Quocum cohaerere videtur ille *Διόνυσος Φάλλην*, qui Methymnae colebatur, Paus. X 9. 3, et Sicyoneus *χοιροψάλας*, FHG I 135; Schol. Aesch. Pers. 1033. Ad phalli porro cultum

pertinent auctorum testimonia, qui mysteriorum flagitia vituperant; v. Ambros. virg. I 4. 16 (Mi. XVI 193): (*orgia Liberi*), *ubi religionis mysterium est incentivum libidinis*; Liv. 29. 13; Val. Max. VI 37; Gruppe *Griech. Myth.* 1423. Ex sacris agrestibus deinde ortus esse videtur ὁ ἱερὸς γάμος Cereris, quem in mysteriis imitabantur; v. Jong *Mysterienw.* 22 sqq.[1].

Similiter in Cereris et Proserpinae honorem Thesmophoria cum lascivia celebrabantur, (*καθὸ παρὰ τὸν τοῦ σπόρου καιρὸν τὴν ἑορτὴν αὐτῆς ἄγουσι*, Cornutus Theol. c. 28 p. 55 Lang; Nilsson *Griech. Feste* 320 sqq.), *γινόμενα παρὰ Ἀθηναίοις, ἐν οἷς προτίθεται* (Rohdius supplevit *πέμματα*) *αἰσχύναις ἀνδρείαις ἐοικότα, περὶ ὧν διηγοῦνται ὡς πρὸς σύνθημα τῆς τῶν ἀνθρώπων σπορᾶς γενομένων . . . ὑπόμνημα δὲ τοῦ πάθους ἡ τοιαύτη ἑορτή. ἐν ταύτῃ καὶ τελετή τις εἰσάγεται γυναικῶν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ παιδιαὶ λέγονται πολλαὶ καὶ σκώμματα. μόναι δὲ γυναῖκες εἰσπορευόμεναι ἐπ' ἀδείας ἔχουσιν ἃ βούλονται λέγειν. καὶ δὴ τὰ αἴσχιστα ἀλλήλαις λέγουσι τότε. ἀναφωνοῦσι δὲ πρὸς ἀλλήλας πᾶσαι αἱ γυναῖκες αἰσχρὰ καὶ ἄσεμνα βαστάζουσαι εἴδη σωμάτων* (Rohdius legi vult *σχημάτων*) *ἀπρεπῆ ἀνδρεῖά τε καὶ γυναικεῖα κτλ.* Schol. in Lucian. dial. meretr. VII 4 p. 279, 25 ed Rabe; cf. etiam schol. in dial. meretr. II 1; Rohde *Kl. Schr.* II 365; cf. Theodoret. cur. Gr. off. III 152: *Τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις παρὰ τῶν τετελεσμένων τιμῆς ἀξιούμενον.* Athen XIV 56; Apollod. I 5. 1. Cum eis sacris consentiunt denique Liberalia Romae celebrata, de quorum turpitudine Aug. civ. D. VII 21. 24 verba fecit.

[1] Etiam illud *ὖε, κύε* ad generationem refert Procl. in Platonis Tim. 239 C; v. Dieterich *Mithrasliturgie* 214; Jong l. c. 22 sqq.; cf. Aug. c. D. IV 11.

CAPVT TERTIVM

De nuditate Christianorum sacra

Ut Graeci et Romani sic etiam Christiani in nonnullis ritibus nuditatis legem observabant, praecipue in rebus sacris, quae partim a paganorum caerimoniis fluxisse videntur [1]. Sed plerumque apud Christianos nuditas ad pedes solos pertinet.

Ac primum quidem mysteriorum Graecorum lustrationes magnam habebant auctoritatem in baptismatis ritibus christianis [2].

A mysteriorum ritibus nuditatis religio in exorcismo praescripta orta esse videtur, de qua mentio fit praecipue in ritibus ecclesiae orientalis; v. Dionys. Areop. de eccl. hier. II 2. 6 (Migne PG III 396): *Τῶν δὲ ἀπογραψαμένων εὐχὴν ἱερὰν ποιεῖται. καὶ ταύτην ἁπάσης αὐτῷ τῆς ἐκκλησίας συμπληρωσάσης, ὑπολύει μὲν αὐτὸν, καὶ ἀμφιέννυσι διὰ τῶν λειτουργῶν.* II 3. 5 p. 401: *Γυμνὸν καὶ ἀνυπόδετον ἵστησι πρὸς δυσμὰς ἀφορῶντα.* Barberini Euchologion saec. XI: *Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι κατηχούμενον. ἀποδύει αὐτὸν καὶ ὑπολύει, καὶ ἵστησιν αὐτὸν κατὰ ἀνατολὰς καὶ ἐμφυσᾷ αὐτῷ γ'. καὶ σφραγίζει αὐτοῦ τὸ μέτωπον*

---

[1] G. Loeschcke *Jüdisches u. Heidnisches im christlichen Kult*, Bonn 1910, 16 sqq.

[2] Hatch *Griechentum u. Christentum*, Frbg. i. B. 1892, 211 sqq.; Anrich *Griech. Mysterienwesen* 200 sq.; Gruppe *Griech. Myth.* 1656. 200 sqq.; Jong *Mysterienwesen* 3 sqq., 181 sqq.

καὶ τὸ στόμα καὶ τὸ στῆθος[1]. Symeon Thessalonic. περὶ τῶν ἱερῶν τελετῶν c. 62 (Migne PG 155. 213): *Εὐθὺς γυμνῷ ὄντι καὶ ἀπερικαλύπτῳ, μετὰ περιβολαίου μόνου, ἐμφυσᾷ τῷ κατηχουμένῳ σταυροειδῶς τρίτον ὁ ἱερεύς.* Ordo baptismi Coptarum (apud Deuzinger, Ritus orientalium 1863, I 198) praescribit ante abrenuntiationis actum: *Denudetur baptizandus.* Similiter ex ordine bapt. Jacobi Edesseni l. c. 283: *Ante exorcismum: diaconi exuunt baptizandum vestimentis suis et monilibus et inauribus et reliquis omnibus.* Ordo Severi Antioch. l. c. 304: *Diaconus exuit eum vestimentis suis reliquis.* Idem iubetur ordine Basilii M. Syriaci l. c. 319: *Primo baptizandos exuant omni vestitu ac ornatu ex metallo, auro aliove et solis linteis illos induant*; v. Anrich l. c. 200.

Quae corporis denudatio non unguendi causa constituta erat, sed iam caerimoniis, quae unctionem antecedebant, poscebatur[2]. De his caerimoniis optime docemur a Chrysostomo (ad illum. catechum. 1. 2. Migne PG IL 225): *Ἐβουλόμην μὲν πρῶτον ἁπάντων εἰπεῖν . . . καὶ τίνος ἕνεκα μετὰ τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες (οἱ πατέρες) γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν ἐξορκιζόντων παραπέμπουσι φωνάς. οὐ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνοι τοῦτον ἡμῖν διετύπωσαν.*

Sed etiam vestes deponendi morem in exorcismi ritibus apud occidentales cognoscimus. Baptizandi enim in cilicio, qua veste poenitentiali induti erant, stantes comemorantur. Augustin. serm. 216. 10 (PL 38. 1082): *Et vos quidem, cum scrutaremini atque ipsius fugae persuasor debite increparetur, non estis induti cilicio; sed tamen vestri pedes in eodem mystice constituerunt.* ⟨Aug.⟩ de symb. ad catech. II 1 (PL 40. 637): *Quid est, quod hac nocte circa vos actum est, quod praeteritis noctibus non actum est; ut ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius ecclesiae, ibique cervice humiliata quae male fuerat ante exaltata, in humilitate pedum cilicio substrato in vobis celebraretur examen, atque ex vobis exstirparetur diabolus superbus, dum super vos invocatus humilis altissimus Christus?*

[1] J. C. Conybeare, Rituale Armenorum, Oxford 1905, 390; J. Dölger *Der Exorzismus im Taufritual*, Paderborn 1909, 105 sqq.

[2] Anrich l. c. 200; Dölger *Exorzismus* 105.

Quibus ex exemplis apparebat catechumenos interdum licio aut tunica iam indutos esse; postea autem pedibus tantum nudis lustrabantur eis in caerimoniis. Ut mystae purgationes sacras, ita baptizandi quoque exorcismi caerimonias subire debebant nudis pedibus [1].

Apud Ioann. Diaconum ad Senarium cap. 6 (Migne PL 59. 403) catechumeni *nudis pedibus iubentur incedere, ut depositis morticinis et carnalibus indumentis agnoscant se illius viae iter arripere, in qua nihil asperum, nihil potest inveniri nocivum. haec igitur ecclesiastica sollicitudo per successiones temporum cauta dispositione constituit: quamvis horum vestigia vetus pagina non ostendat*; Dölger l. c. 105. ⟨Augustin.⟩ de symb. ad catechum. sermo IV c. 1, 1 (PL 40. 660 sq.): *Omnia sacramenta quae acta sunt et aguntur in verbis per ministerium servorum Dei, exorcismis, orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione cervicum, humilitate pedum, pavor ipse omni securitate appetendus, haec omnia, ut dixi, escae sunt, quae vos reficiunt in utero, ut renatos ex baptismo hilares vos mater exhibeat Christo.*

Ex ecclesiae orientalis ritibus catechumeni quoque in exorcismo nudis pedibus ante sacerdotem stantes describuntur in actis concilii Constantinopolitani: *Ἐν τῷ φωτιστηρίῳ ὄντες εἰς κατήχησιν τῶν νεοφωτίστων ἀποστιχαρίων καὶ ἀνυποδέτων ὄντων ἐπορκιζόντων αὐτοὺς διακόνων*, Mansi IX 1111 d; vide etiam Mansi VIII 1103: *Ἵστανται τὸ σχῆμα τοῦ ἀγῶνος ἀποπληροῦντες, κάτω νεύοντες καὶ τὰς χεῖρας συμπλέκοντες καὶ τρέμοντες εὐκαίρως.* Anrich *Mysterienw.* l. c.; Dölger l. c. 106.

Nuditas autem in baptismatis ritibus usitata duabus praecipue ex causis explanari videtur. Primum enim Iudaeorum consuetudinem retinebant Christiani, qui ad luctum atque poenitentiam declarandam corpus denudare solebant; cf. II Sam. 3. 31; Is. 32. 11; Dölger l. c. 109.

Deinde autem nuditate lustrationem (*κάθαρσιν*) quandam effici putabant, praesertim cum ea in re exemplum praeberent mysteria, Anrich l. s. 200.

Plotinus enim et Proclus sub vestimentis animi passiones

[1] Dölger *Exorzismus* 105 sqq.

et malas inclinationes intellegebant, quae una cum vestibus deponerentur. Procl. in Alc. II p. 296 (ed. Cousin, Paris. 1820): *Καὶ ἀποδυομένοις τὰ πάθη καὶ τοὺς χιτῶνας, οὓς κατιόντες προσειλήφαμεν, ἔσχατος χιτών ἐστιν ἀποδυτέος ὁ τῆς φιλοτιμίας, ἵνα γυμνοί τε*[1]*, ὥς φησι τὸ λόγιον, γεγονότες ἑαυτοὺς τῷ θεῷ προσιδρύσωμεν . . . ταῖς θείαις ζωαῖς ἑαυτοὺς ἐξομοιώσαντες.* Plotin. Enn. I 6. 7 (v. supra 13). Quae nuditatis significatio iam antea cum mysteriorum ritibus coniuncta fuisse videtur. Quid igitur mirum, quod etiam Christiani symbolice, ut ita dicam, catechumenorum in baptismate nuditatem interpretabantur. Dionysius Areopagita Proclum auctorem secutus (eccl. hier. II 3. 5) vesti exuta effici putabat *das Ausziehen aller bösen Neigungen, die Hinwegnahme alles Vielfältigen und Gespaltenen in der Seele und dementsprechend die Rückkehr zur Einheit*[2].

Similiter de ea caerimonia iudicavit Cyrillus Hierosolym. catech. mystagog. II 2 (ed. Rupp II 356. 358): *Εὐθὺς οὖν εἰσελθόντες ἀποδύεσθε τὸν χιτῶνα· καὶ τοῦτο ἦν εἰκὼν τοῦ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποδύεσθαι σὺν ταῖς πράξεσι . . . ἐπειδὴ γὰρ τοῖς μέλεσι τοῖς ὑμετέροις ἐνεφώλευον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, οὐκέτι φορεῖν ὑμῖν ἔξεστι τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον χιτῶνα, οὐ τοῦτον πάντως λέγω τὸν αἰσθητόν, ἀλλὰ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ἀπάτης.*

Deinde ad antiquorum nuditatem in pompis sacris usitatam redire videtur, quod apud Christianos supplicationes fieri solebant nudis pedibus, quas, quamquam omnium fere gentium religione et ad gratias agendas et auxilium divinum exorandi causa habentur, tamen arta cognatione cum antiquorum rogationibus cohaerere evicit H. Usener *Alte Bittgänge* (*Philos. Aufsätze Ed. Zeller gewidmet*, Lpzg. 1887, 277—302 = *Weihnachtsfest*, Bonn 1889, 289 sqq.). Ita rogationes quotannis vere habitae, quae litania minor appellabatur, Ambarvalibus sub-

[1] In editione altera (Paris. 1864, p. 433) editor legi vult *γυμνῆτες*.

[2] H. Koch *Pseudo-Dionysius Areopagita in s. Beziehungen zum Neuplatonismus und Mysterienwesen*, Mainz 1900, 165; Dölger *Exorzismus* 112; cf. Sym. Thess. c. LXII (P. Gr. 155 p. 217): *Ἐλεύθερος χρὴ εἶναι τῶν παθῶν καὶ λελυμένος τῆς ἀπιστίας καὶ γυμνὸς πάσης κακίας καὶ περιβλήματος ἁμαρτίας ἀλλότριος, καὶ τὴν δουλείαν ὑποδεικνὺς τῷ θεῷ. διὰ τοῦτο τοίνυν ἵσταται γυμνός.*

stitutae sunt; ab eadem origine orta esse videtur litania maior quae dicitur. Nec minus supplicatio, quae mense Februario agebatur (*Lichtmessprozession*), cum Amburbali Romanorum conecti potest, v. Usener l. c. 268 sqq. Quibus rogationibus et populus et magistratus et summus clerus intererant nudis pedibus, v. Usener l. s. 280. 297 (*Weihn.* 295. 313); Anrich l. c. 232; v. Martene, De antiquis ecclesiae ritibus, Antwerpen 1764, l. IV c. 27, vol. III 184 sq.: *Processiones nudis pedibus. Et quia poenitentiae demonstrandae causa praesertim fiebant illae supplicationes, omnes ipsi etiam laici et saeculares viri ac mulieres nudis in illis incedebant pedibus, ut constat non solum ex ordine Romano, sed etiam ex hoc Concilii Moguntini anni 813, canone XXXIII: Placuit nobis ut litania maior observanda sit a cunctis christianis diebus tribus, sicut legendo reperimus, et sicut Sancti Patres nostri instituerunt, non equitando nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinere et cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.* Et p. 185: *In iis varias stationes. Ea in processione plures factas fuisse stationes tum Romae, tum alibi testantur libri Rituales quas consulimus pene omnes.*

De litania minore praescribit *Ordo processionis in rogationibus*: *Nemo ibi equitare praesumat, sed discalceatis pedibus omnes incedant.* Martene l. c. 185.

PARS ALTERA

De vinculorum apud antiquos religione

Nuditatis religione exhibita iam accedamus ad alteram dissertationis partem, qua agitur de vinculorum, praecipue nodorum apud antiquos superstitione. Quid de vinculis cogitaverint veteres, ita explanare in animo habeo, ut primum de rebus sacris, deinde de rebus superstitiosis verba faciam. Accedent nonnulla de vinculorum apud Christianos opinione.

CAPVT PRIMVM

De rebus sacris

Antiqui cum nuditatis legem saepe eo animo sequerentur, ut vinculorum impedimentum removerent, certe nodis, quorum nexus multarum gentium mentes occupavit et timore aut suspicione attendit, adscribebant vim prohibendi validissimam. Qua de causa in negotiis et publicis et privatis ne nodis aut similibus implicationibus prosper exitus impediretur cavebant. Itaque digitos inter se conecti velut *κρυφίης κήρυκας ἀνίης* (Christod. Ecphr. 255 de Clytio, qui *εἶχε δοιὰς χεῖρας ὁμοπλεκέας*, v. Hermann *Gottesdienstl. Altert.*[2] 117 adn. 10) vetitum erat: *Ideo haec in consiliis ducum potestatiumve fieri vetuere maiores velut omnem actum impedientia, vetuere vero et sacris votisve*

simili modo interesse, Plin. XXVIII 59; v. Kroll *Abergl.* 20; Dedo, De superst. amat. 13.

Ut nodorum omen infaustum evitarent, ad deorum fana nodis tantum remotis adire licebat. Qua de causa feminae crinibus solutis rebus sacris Andaniae interierant: *Μὴ ἐχέτω δὲ μηδεμία χρυσία μηδὲ φῦκος . . . μηδὲ ἀνάδεμα μηδὲ τὰς τρίχας ἀνπεπλεγμένας*, Sauppe 261 = Dittenberger SIG 653. Itaque Orestes et Pylades a vinculis liberantur Eurip. Iphig. Taur. 468: *Μέθετε τῶν ξένων χέρας, | ὡς ὄντες ἱεροὶ μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.*

Anuli, sub quibus antiqui corporis vinculum intellegebant et qui primo nihil aliud erant nisi licium in nodum conexum [1], in rebus sacris digito detrahere lex erat, ut Lycosurae: *Μηδὲ δακτύλιον . . . μηδὲ τὰς τρίχας ἀμπεπλεγμένας.* Eph. Arch. 1898, 249 = Dittb. II 939; Wächter *Reinheitsvorschriften* 21.

Item in incubationis ritibus anulos et cingulum portare nefas erat, ut lege sacra Aesculapii Pergameni docemur: *Εἰσπορευέσθω . . . εἰς τὸ μέγα ἐγκοιμητήριον ὁ ἐγκοιμησόμενος . . . μήτε δακτύλιον μήτε ζώνην* (Fränkel *Inschr. v. Pergamon* n. 264). In Fordicalibus qui Faunum consulebant Ov. fast. IV 658 sq.:

Usus abest Veneris, nec fas animalia mensis
ponere, nec digitis anulus ullus inest.

V. quae Peter in editione adnotavit; Boehm, De symb. Pyth. 29; Deubner, De incubatione 26; Wächter l. c. 21.

Rogationes atque supplicationes passis capillis fiebant, ne nodis vis illa magica, quae precationibus exercetur, impediretur; v. Appel, De Romanorum precationibus 203. In Aquaelicio mulieres *stolatae ibant . . . passis capillis . . . et Iovem aquam exorabant*, Petron. sat. 44; v. Wissowa PW II 310; Aelian. fr. 231: *Καὶ γυναικῶν ἰσηλίκων χορὸν ἑαυτῇ περιχέασα. γηραιαὶ δὲ αὗται, χορὸς Θεοφιλής. Καὶ καθεῖσαι τὰς κόμας τὰς παλαιὰς ἐκείνας ἐθεοκλύτουν Ἥλιόν τε καὶ Δίκην.* Samii: *Τὴν ἑορτὴν ἄγοντες τῶν Ἡραίων ἐβάδιζον κατεκτενισμένοι τὰς κόμας ἐπὶ τὸ μετάφρενον καὶ τοῦς ὤμους· τὸ δὲ νόμιμον τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε· βαδίζειν εἰς Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον*, Athen. XII 525 C; v. Verg. Aen. I 480: *Crinibus Iliades passis*

[1] J. Lippert *Christentum, Volksglaube u. Volksbrauch*, Berlin 1882, 10 sqq.

peplumque ferebant; Verg. Aen. III 62; Tib. I 3. 31; Liv. XXVI 9. 7; Ov. met. IX 772; fast. II 257; IV 318; VI 441; Lucan. Phars. II 31 sq.; Sil. Ital. Pun. I 93; XII 597; v. Appel, De Rom. prec. 203.

De singulari quodam more matronarum Romanarum, quae solutis capillis templa deorumque aras verrebant, narrant scriptores. Polybius IX 6. 3: *Αἱ δὲ γυναῖκες περιπορευόμεναι τοὺς ναοὺς ἱκέτευον τοὺς θεοὺς πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰς τῶν ἱερῶν ἐδάφη. τοῦτο γὰρ αὐταῖς ἔθος ἐστὶν ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος.* Liv. III 78; XXVI 9. 7; Luc. Phars. II 30; Stat. Theb. IX 637; IV 202; Stat. Silv. V 1. 162; Ap. Met. VI 2; Sil. It. Pun. VI 561; Claudian. laud. Ser. 223; v. E. Vouillème, Quomodo veteres adoraverint, diss. Halle 1887, 18; Appel l. c. 203.

In sacris faciendis quidquam esse conexum vetitum erat[1]; Themis Deucalioni hoc oraculum edidit, Ov. met. I 381:

discedite templo
et velate caput cinctasque resolvite vestes
ossaque post tergum magnae iactate parentis,

quo officio fungentes v. 398:

discedunt, velantque caput tunicasque recingunt
et iussos lapides sua post vestigia mittunt.

Ut is, qui oracula a deis petebat, omni vinculo debebat esse solutus, ita etiam eos, qui futurarum rerum conscii vaticinabantur, nodis impediri nefas erat. Vates enim, qui a numine possessi esse putabantur (Tambornino, De ant. daemonismo 59; Fehrle *Kult. Keuschheit* 9) et divino spiritu impleti futura prospiciebant, ut deo plane se dederent, omnes res prohibentes removebant. Itaque Pythia sacerdos, ut scholiis ad Aristoph. Pluti v. 39 docemur, *ἐπικαθημένη τῷ τρίποδι τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ διαιροῦσα τὰ σκέλη πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον πνεῦμα διὰ τῶν γεννητικῶν ἐδέχετο μορίων, καὶ οὕτω μανίας πληρουμένη, καὶ τὰς τρίχας λύουσα καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀποπέμπουσα καὶ τἆλλα πάντα ποιοῦσα, ὅσα οἱ μαινόμενοι ποιεῖν εἰώθασιν, τὰ τῆς μαντείας, ἢ μάλλον μανίας ἐφθέγγετο ῥήματα.*

[1] Cf. Furtwängler *Antike Gemmen* II 26 sq., tab. VI 2—6.

ἢ καὶ δαίμων τις ἦν οὕτω καλούμενος Πύθων, ἀφ' οὗ ἡ Πυθία παρωνομάζετο[1].

Deiphobae sibyllae, cum a numine occuparetur, Verg. Aen. VI 47:

cui talia fanti
ante fores subito non vultus, non color unus
non comptae mansere comae, sed pectus anhelum
et rabie fera corda tument.

Cf. quae Norden ad h. l. adnotavit. Serv.: *Nam propter sacra resoluta sunt, ut* (III 370) *vittasque resolvit sacrati capitis* (*Helenus*).

Cassandra in Eurip. Iphig. Aul. 751 sqq. passis crinibus describitur: *Ἥξει δὴ Σιμόεντα καὶ | δίνας ἀργυροειδεῖς | ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς | ἀνά τε ναυσὶν καὶ σὺν ὅπλοις | Ἴλιον ἐς τὸ Τροίας | Φοιβήιον δάπεδον | τὰν Κασάνδραν ἵν' ἀκούω | ῥίπτειν ξανθοὺς πλοκάμους | χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας | κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ | μαντόσυνοι πνεύσω' ἀνάγκαι.*

Tib. II 5. 65:

Haec cecinit vates et te sibi, Phoebe, vocavit,
iactavit fusas et caput ante comas.

Helenus apud Verg. Aen. III 370: *Vittasque resolvit sacrati capitis.* Qua de causa haec fiant, recte exposuit Servius: *Vittasque resolvit. In ratione sacrorum par est et animae et corporis causa: nam plerumque quae non possunt circa animam fieri, fiunt circa corpus, ut solvere vel ligare, quo possit anima, quod per se non potest, ex cognatione sentire . . . bene ergo Helenus cuncta corporis solvit, ne qua parte animo religato ad numen accedat.*

Apud poetas vates plerumque solutis crinibus finguntur. Cassandra apud Verg. Aen. II 403:

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae.

Serv. ad locum: *Passis ut quidam volunt sacris capillis, quod sic vaticinari soleret.*

Ov. fast. I 503 docta Carmentis:

Utque erat, immissis puppem stetit ante capillis
continuitque manu torva regentis iter.

[1] Vide E. Bethe *Dor. Knabenliebe*, Rh. M. LXII (1907) 467; E. Fehrle *Kult. Keuschh.* 7.

Ov. met. II 635:

Ecce venit rutilis umeros protecta capillis
filia centauri, quam quondam nympha Chariclo
fluminis in rapidi ripis enisa vocavit
Ocyroen: non haec artes contenta paternas
edidicisse fuit, fatorum arcana canebat.

Petron. sat. 89:

namque Neptuno sacer
crinem solutus omne Laocoon replet
clamore vulgus.

Deinde etiam ei omni vinculo se liberabant, „qui sacra insania quam Graeci ἱερὰν μανίαν appellare solebant, correpti esse videbantur", quorum „orgiis effici veteres putabant, ut deus, in cuius honorem sacra illa fiebant, in hominem invaderet", Tambornino 58 sq. Bacchae crinibus fusis incedunt, Aristoph. Lysistr. 1308:

Ταὶ δὲ κόμαι σείονται ὥπερ βακχᾶν
θυραδδωᾶν καὶ πηδωᾶν.

Eur. Bacch. 695:

Καὶ πρῶτα μὲν καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας
νεβρίδας τ' ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἀμμάτων
σύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δορὰς
ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν.
831 *κόμην μὲν ἐπὶ σῷ κρατὶ ταναὸν ἐκτενῶ.*

Cf. A. Rapp *Die Maenade im griech. Kultus, in der Kunst u. Poesie*, Rh. M. XXVII (1872) 1 sqq. et 562 sqq. Quibus cum descriptionibus optime congruunt bacchantium simulacra; v. Rapp in Roscheri *Lex. myth.* II 2243 sqq.

Ino apud Ov. met. IV 520:

Exululat passisque fugit male sana capillis
teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis
„euhoe Bacche" sonat.

Ov. met. IV 4:

Festum celebrare sacerdos
inmunesque operum famulas dominasque suorum

pectora pelle tegi, crinales solvere vittas,
serta coma, manibus frondentis sumere thyrsos
iusserat et saevam laesi fore numinis iram
vaticinatus erat.

Verg. Aen. VII 403:

Solvite crinales vittas, capite orgia mecum.

Ov. met. III 726:

Visis ululavit Agaue
collaque iactavit movitque per aera crinem
avulsumque caput digitis complexa cruentis
clamat.

Ov. amores II 541:

Ecce Mimallonides passis in terga capillis.

Athen. V 28 p. 198c Dionysi chorum describit: *Μετὰ δὲ ταύτας Μακέται αἱ καλούμεναι Μιμαλλόνες καὶ Βασσάραι καὶ Λυδαί, κατακεχυμέναι τὰς τρίχας.* In Bacchanalibus *matronas baccharum habitu crinibus sparsis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim* narrat Liv. XXXIX 13.

In Magnae Matris sacris Galli Ov. fast. IV 244: *Caedunt iactatis vilia membra comis.* Arnob. V 16; Anth. Pal. VI 51. 8; Lucian. tragodop. v. 114; v. Hepding, *Attis* 130. Cybele ipsa morte atque amore Attidis amens solutis crinibus terras pererravit: *Καὶ ταύτην μὲν ὀλολύζουσαν καὶ τυμπανίζουσαν μόνην ἐπιέναι πᾶσαν χώραν, λελυμένην τὰς τρίχας*, Diodor. III 59. 1; Hepding *Attis* 112.

Cum bacchantium crinibus solutis optime comparamus, quod mulieres in lamentatione funebri quasi amentia atque furore captae capillos demittere solent; cf. Lucian. *π. πένθους* 12; Plut. Solon c. 21.

Graecorum eam consuetudinem cognoscimus ex Theocriti Adoniazusis, quae Adonidem ad mare ferunt resolutis capillis, nudato pectore, XV 132.

Apud Romanos filias parentum funus eo habitu secutas esse testatur Plut. qu. R. XIV 267A: *Διὰ τί τοὺς γονεῖς ἐκκομίζουσιν οἱ μὲν υἱοὶ συγκεκαλυμμένοι, αἱ δὲ θυγατέρες γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς καὶ ταῖς κόμαις λελυμέναις.* Cf. quae Petron.

sat. 111 de uxore pudica narrat; v. supra 33; Ov. fast. II 813; Lucan. II 22; Ov. am. III 431; Verg. Aen. III 62.

Neque a ferarum gentium usu eum morem abhorrere ex Abiponum lugendi consuetudine exemplis confirmat Th. K. Preuß *Die Totenklage im alten America*, *Globus* LXX 370; cf. Oldenberg *Religion des Veda* 572sq.

De luctu funebri crines solvendi consuetudo latius diffusa esse videtur, ut in plangentium omnino habitu necessaria haberetur. Cuius moris exempla extant plurima, quae singulatim afferre operae pretium non est. Terent. Phormio 103sqq.:

> Videmus. virgo pulchra et quo magis diceres
> nil aderat adiumenti ad pulchritudinem.
> capillus passus, nudus pes, ipsa horrida,
> lacrumae, vestitus turpis.

Liv. I 13; Ov. met. V 510; VII 104; XI 47; VI 513; Ov. fast. I 645; trist. IV 2. 43; Verg. Aen. I 479; Georg. IV 333; Sen. Troad. 85; 100sqq. alia; v. E. Samter *Festschr. f. Hirschfeld* 1903, 251sqq.

Flamini Diali deinde, cuius vita longa caerimoniarum serie ex antiquissimis temporibus coercebatur, ullum in se habere nodum non licebat, Paul. 82. In vestitu ei, ut nodis vacaret videndum erat, quod tradit Fabius Pictor apud Gellium X 15. 9: *Nodum in apice neque in cinctu neque in alia parte nullum habet.* Serv. Aen. III 607. Ne anulo quidem *nisi pervio cassoque* uti fas erat, Gell. X 15. 7; Paul 106. 4; 89. 10.

Quoniam cotidie feriatus erat, vincto eius aedes intrare non licebat. Gell. X 15. 8: *Vinctum si aedes eius introierit, solvi necessum est et vincula per impluvium in tegulas subduci et inde foras in viam demitti.* Serv. Aen. II 57: *Antiquis caerimoniis cautum erat, ne vinctus flaminiam introiret; si introisset solveretur vinclaque per impluvium effunderentur inque viam publicam ejicerentur.* Plut. quaest. Rom. 111 p. 290C: *Εἰ δὲ δεσμώτης φθαίη προσελθών, ἐλύετο. τοὺς δὲ δεσμοὺς ἐκτὸς οὐ κατὰ θύρας, ἀλλ' ὑπὲρ τοὺ στέγους ἀπερρίπτουν.*

[1] Cf. Artemidor. I 78 p. 72 Herch.: *Ἀμπέλου δὲ καὶ κισσοῦ* (scil. *στέφανος*) *μόνοις τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις συμφέρει, τοῖς δὲ ἄλλοις δεσμὰ σημαίνει διὰ τοὺς ἕλικας καὶ τὰς προσπλοκὰς τοῦ κισσοῦ.*

Cum hedera vinculorum quasi symbolum esset[1], a Dialis corpore abesse debebat. Fest. ep. 82. 18: *Ederam flamini Diali neque tangere neque nominare fas erat pro eo quod edera vincit, ad quodcumque se applicat. Sed ne anulum quidem gerere ei licebat solidum aut aliquem in se habere nodum.* Plut. quaest. Rom. 112 p. 290 E: *Διὰ τίνα δ' αἰτίαν οὐδὲ κιττοῦ θιγεῖν ἐφεῖτο τῷ ἱερεῖ τοῦ Διός;*

Eadem de causa *propagines e vitibus altius praetentas non succedit*, Gell. X 15. 13; Plut. q. R. 112[1].

Apud Graecos sacerdotes vestitu a communi habitu distinguebantur. Longa enim tunica, quae cincta non erat, induti erant, quae vestis post saeculum quintum in usu non iam erat; v. Michaelis *Parthenon* tab. 14. fig. 34; Stengel *Griech. Sacralaltertümer* 33; cf. E. Petersen *Archäol. Anz.* XVIII 1903, 24.

Flaminica Dialis eam ob rem non corona ornatur, sed *virga incurvata, quae fit quasi corona*, Serv. Aen. IV 137; Samter l. c. 39.

Deinde Iunonis sacrum nodis tantum recinctis accedere religione datum erat. Serv. interpol. Verg. Aen. IV 518: *Iunonis Lucinae sacra non licet accedere nisi solutis nodis.* Gell. IV 3. 3: *Paelicem autem appellatam probrosamque habitam, quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numae regis fuisse accepimus: Paelex aedem Iunonis ne tangito, si tangit, Iunoni crinibus demissis agnam feminam caedito*; cf. Paul. p. 222. 5.

Quae lex qua opinione instituta sit facile cognoscimus, si reputaverimus Iunonem Lucinam praecipue parientium nixibus praepositam esse et auxiliari genetricibus fetis[2]. Arnob. III 21; III 23; Plaut. Aul. IV 711; Ter. Andr. 473; Adelph. 487; Prop. V 1. 99; Ov. fast. II 451; III 255.

---

[1] E. Samter *Familienfeste der Griechen u. Römer*, Berlin 1901, 39; et apud Pauly-Wiss. VI 2489; Boehm, De symb. Pyth. 29 sq.; Nilsson *Griech. Feste* 345; Aust in Roscheri *Lex. myth.* II 698; Aust *Relig. der Römer* 189; Marquardt *Staatsv.*[2] III 328 sqq.; R. Peter, Quaest. Pontifical. specimen, diss. Straßb. 1886, 42 sqq.; J. G. Frazer *Le rameau d'or* I 319 sqq.

[2] Roscher *Juno u. Hera* 43; in *Lex. myth.* II 583; Preller-Jordan *Röm. Myth.* I 273; W. Otto, Philol. LXIV (1905) 161 sqq.

Parturientibus enim opem ferre superstitiosi putabant, cum omnia vincula, quae impedimenta et moras partus significare viderentur, removebant. Nexum enim inter nodorum implicationes et partus labores extare antiqui coniecerunt. Qua de causa, ut puerperii difficultatem mulceret, mulier (Ov. fast. III 257):

si qua tamen gravida est, resoluto crine precetur,
ut solvat partus molliter illa suas.

Roscher in *Lex. myth.* II 583; Preller-Jordan *Röm. Myth.* I 273; Frazer *Rameau d'or* I 319 sq.

Quod si tenemus, facile est intellectu, qua ex deliberatione Iunonis Lucinae aedem nodis tantum resolutis intrare licuerit.

Sed satis de nodorum in rebus sacris vi impediente dixisse mihi videor.

CAPVT ALTERUM

De rebus superstitiosis

Iam quaestio erit de rebus superstitiosis, in quibus eandem vinculorum religionem observabant veteres.

Ac primum quidem vinculis tribuebant vim perniciosam in mulierum partibus homines superstitiosi. Ut enim mulieres gravidae in votis nuncupandis crines solvere iubentur, ita etiam parturientes omni vinculo et vestium et corporis vacare debent. In Sorani Gynaeciis 66a obstetricibus observandum est, ut mulier bene pariat, *ante tamen ligaturis et capillis solutis* (scil. parturientis), *quod propter laxamentum, fieri solet.*

Cod. Laur. fol. 155a (Rose 136): *In hoc ergo operis obstetricandi quae sunt servanda. Solvendae sunt scilicet, ut omne quodcumque abstrictum fuit et alligatum, fluat, ut totum corpus liberum a connatione solutum illis partibus faciat laxamentum.*

Ἐκ τῶν Σωρανοῦ περὶ γυναικείων (p. 240 Rose) 69: *Ἔνθεν εἰς τὴν ἀκώλυτον δίοδον τοῦ πνέυματος λύειν τε τὴν ζώνην προσῆκεν αὐτῶν καὶ τὸ στῆθος πάσης ἐλευθεροῦν περιειλήσεως, οὐ κατὰ τὴν ἰδιωτικὴν πρόληψιν καθ' ἣν τὰ γυναίκια δεσμὸν οὐδένα βούλεται τυγχάνειν, διὰ ταύτην δὲ καὶ τὰς τρίχας λύειν. διὰ δὲ τὴν προειρημένην αἰτίαν τάχα δὴ καὶ ἡ λύσις τῶν τριχῶν εὐτονίαν ἀποτελεῖ τῆς κεφαλῆς.*

Item cingulum solvere solebant. Deae partubus adstantes apud Graecos appellatae sunt *λυσίζωνοι.* Quarum in numero fuit Artemis[1], cuius Athenis templum sacrum erat. Schol.

[1] Wernicke, PW. II 1347; Schreiber in Roscheri *Lex. myth.* I 572

Apoll. Arg. I 287: *Λύουσι γὰρ ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι, ὅθεν καὶ λυσιζώνῃ Ἀρτέμιδι ἱερὸν ἐν Ἀθήναις*; Hesych. s. v. *λυσίζωνος*; Orph. hymn. 36, 5 *Λυσίζωνος* vocatur; Suidas s. v. *λυσίζωνος· αἱ γὰρ παρθένοι, μέλλουσαι πρὸς μῖξιν ἔρχεσθαι, ἀνετίθεσαν τὰς παρθενικὰς αὐτῶν ζώνας τῇ Ἀρτέμιδι.* Callim. Del. 237; Anthol. Graeca I 220, 465; II 194; cf. Plut. Symp. 3, 10, p. 695 A.

Eileithyia est *ἐπιλυσαμένη*, Hesych. s. v. *λυσίζωνος*; Theocr. XVII 60; Cornutus 34: *Ἦν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καί λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι, λύουσαν τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων πρὸς τὸ ῥᾷον καὶ ἀπονώτερον ἐκπεσεῖν τὸ κυϊσκόμενον.* Orph. hymn. I 7; I 9; Isyllus Epidaurius ed. v. Wilamowitz = Kabbadias *Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ*, Athenis 1900, 214; cf. Apoll. Arg. I 287; Aristoph. Lysistr. 742, Eccles. 369, et schol.; Ov. am. II 13, 21; v. P. Baur *Eileithyia*, diss. Heidelberg 1901 passim; Jessen PW V 2104.

Huius cinguli solvendi moris, quamquam primo de vestium cinctu sumptus est, tamen significationem aliam, quam ei adscribebant veteres, cognoscimus, si religiones comparamus, quae cum partu in antiquorum superstitione coniunctae erant. Cinguli enim in actione sympathica usus est, quem Plinius XXVIII 42 commendat: *Partus accelerat et mas, ex quo conceperit, si cincto suo soluto feminam cinxerit, dein solverit adiecta precatione, et cinxisse eundem et soluturum, atque abiecerit*; v. Kroll *Aberglaube* 20. Adiungam medicinam a Sexto Placito Papyriensi traditam c. XVII 12 p. 55 apud Heimium, Incantamenta p. 485: *Ut mulier concipiat. homo vir si solvat semicinctium suum et eam praccingat et dicat: ergo desinas: explica te laborantem.* Heimius legi vult: *Ut mulier bene pariat* aut *explico te laborantem;* cf. Usener *Rel.gesch. Unt.* II 85: *Circa mulieres in puerperio. Mulieres ⟨que⟩ cingunt se cingulo virorum.*

Qua de causa in puerperarum mortuarum sepulcris mulieres cingulis et crinibus solutis effictae sunt; v. Conze *Die attischen Grabreliefs* tab. 46, 74, 75, p. 70.

Quantopere nodus et cingulum cum pariendo coniunctum fuerit, vel inde cognoscimus, quod matres partu feliciter superato deabus faventibus calceos, mitras, cingulum, capitis velamen, crines dedicare solebant; v. Anthol. Pal. VI 201:

Σάνδαλα καὶ μίτρην περικαλλέα τόν τε μυρόπνουν
βόστρυχον ὡραίων οὖλον ἀπὸ πλοκάμων
καὶ ζώνην καὶ λεπτὸν ὑπένδυμα τοῦτο χιτῶνος
καὶ τὰ περὶ στέρνοις ἀγλαὰ μαστόδετα
ἔμβρυον εὐώδινος ἑπεὶ φύγε νηδύος ὄγκον
Εὐφράντη νηῷ θῆκεν ὑπ' Ἀρτέμιδος.

Conferas etiam VI 271; VI 277; VI 272:

Ζῶμά τοι, ὦ Λητῶϊ, καὶ ἀνθεμόεντα κύπασσιν
καὶ μίτραν μαστοῖς σφιγκτὰ περιπλομέναν
θήκατο Τιμάεσσα, δυσωδίνοιο γενέθλας
ἀργαλέον δεκάτῳ μηνὶ φυγοῦσα βάρος.

VI 202:

Εὐθύσανον ζώνην τοι ὁμοῦ καὶ τόνδε κύπασσιν
Ἀθὶς παρθενίων θῆκε ὕπερθε θυρῶν,
ἐκ τόκου, ὦ Λητῶϊ, βαρυνομένης ὅτι νηδὺν
ζῳὸν ἀπ' ὠδίνων λύσαο τῆσδε βρέφος.

Eileithyiae dona feruntur Anth. Pal. VI 274; VI 200. Denique Callirrhoë Veneri coronas, Minervae crines, Iunoni cingulum pro filio nato dono dedit, VI 59; v. Baur *Eileithyia* 46; Preller-Jordan *Röm. Myth.* I 319. Ex aliarum gentium consuetudine exempla affert Ploss-Bartels *Das Weib*[3] II 245 sqq.

Cum autem nodis resolutis maturum onus utero molliter auferre studerent veteres, ligulis nectendis aut vinculorum signis partum difficilem atque tardum reddere putabant. Quibus in impedimentis gravissimis digitos complexos eiusque similes implicationes habebant; v. Frazer *Le rameau d'or* I 321. Ut digitorum implicationes evitarent, mulieres non solum parientes palmas apertas porrigentes finguntur (Marx *Athen. Mitteilungen* X (1885) 188), sed etiam Eileithyiae manus ita extendunt, quod Welckerum (*Kl. Schr.* III 82) secuti multi iam pronuntiaverunt[1]; cf. Soran. c. LXIX 238 Rose: *Τοὺς δὲ*

[1] Löschcke *Arch. Ztg.* 1876, 108; Sybel in Roscheri *Lex. myth.* I 1220; Imhof-Blumer et P. Gardier *Journ. of hellenic studies* VII 87; Wolters *Ephem. Arch.* 1892, 229 sq.; Baur *Eileithyia* passim; E. Petersen *Röm. Mitt.* VII (1882) 32 sqq.; Weinreich *Antike Heilungswunder* 10; R. Schneider *Geburt der Athena, Abh. d. arch. epigr. Seminars der Univ. Wien* I (1880) 17.

πόνους τὸ μὲν πρῶτον τῇ διὰ θερμῶν τῶν χειρῶν προσαφῇ πραΰνειν et 241: *Χερσὶ δὲ τὸν ὄγκον ἐκ πλαγίων ὑπηρέτιδες ἑστῶσαι πρὸς τοὺς κάτω τόπους πράως ἐρεθιζέτωσαν*, quod Mucius c. LXVI 24 interpretatur: *A lateribus vero ministrae suis quassatione manibus apertis in deorsum uterum deducant*; v. Marx *Athen. Mitt.* X (1885) 189.

Qui gestus quantum valuerit, ex Herculis partu apparet: *Adsidere gravidis vel, cum remedia alicui adhibeantur, digitis pectinatim inter se inplexis veneficium est, idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente; peius, si circa unum ambave genua; item poplites alternis genibus imponi.* Cum Parca et Eileithyia Alcmenen parturientem talibus gestibus torquerent, Galanthis dolo eas manus solvere cogebat et Hercules bene natus est, Plin. XXVIII 59. Cf. Ploss-Bartels *Das Weib* II 241 sqq.; Frazer *Rameau d'or* I 321.

Ov. met. IX 297:

Subsedit in illa
ante fores ara dextroque a poplite laevum
pressa genu digitis inter se pectine iunctis
sustinuit partus.

Et cum (v. 314):

exsiluit iunctasque manus pavefacta remisit
diva potens uteri: vinclis levor ipsa remissis.

Anton. Lib. 29: Galinthias deas partus sustinentes, quae *κατεῖχον ἐν ταῖς ὠδῖσι τὴν Ἀλκμήνην . . . κρατοῦσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας*, ita terruit, ut deae *ἀνῆκαν εὐθὺς τὰς χεῖρας, Ἀλκμήνην δὲ καὶ κατέλιπον εὐθὺς αἱ ὠδῖνες καὶ ἐγένετο Ἡρακλῆς*. Galinthias deinde a deabus indignantibus in mustelam mutata est. Apud Aelian. h. a. XII 5 narratur Graecos mustelam venerari, quod *καθημένης . . ἐπ' ὠδῖσι τῆς Ἀλκμήνης καὶ τεκεῖν οὐ δυναμένης, τὴν δὲ παραδραμεῖν καὶ τοὺς ὠδίνων λῦσαι δεσμοὺς καὶ προελθεῖν τὸν Ἡρακλέα καὶ ἕρπειν ἤδη*. Apud Neograecos quoque virgines mustelae favere docet Hiller v. Gärtringen PW s. v. *Galinthias.*

Schol. Townl. Il. XIX 119: *Ἴστρος δέ φησιν ὠδινούσης Ἀλκμήνης τὰς χεῖρας συνσχεῖν τὰς Μοίρας, γαλῆς δὲ παρελθούσης ἀναλῦσαι καὶ τεχθέντος αὐτοῦ νομισθῆναι γαλῆν εἶναι αὐτῷ τροφόν.*

Cf. Liban. *διηγήμ.* IV 1099; Clem. Al. protr. II 39; Lactant. IX 5. In fabula de Herculis partu Boeotia Alcmenae labores veneficarum attribuuntur malis artibus, Paus. IX 11, 3; v. Böttiger *Kl. Schr.* I 61 sqq.; Welcker *Kl. Schr.* III 190 sqq.; Preller-Robert *Griech. Myth.* 171. 514; Stoll in Roscheri *Lex. myth.* I 1591; I 2697; v. Sybel ibid. I 1219; Gruppe *Griech. Myth.* 885 adn. 9; Ploss-Bartels *Das Weib* I 596; Rohde *Psyche* II 76.

Cuius superstitionis rationem si quaerimus, invenimus eam in ea sententia populari, quam Graeci *συμπάθειαν* vocare solebant, cui in omnibus rebus superstitiosis vim antiqui adscribebant maximam; v. Frazer *Rameau d'or* I 4 sqq. Ut enim nodus nectitur, etiam mulieris venter in pariendo concluditur.

Eandem opinionem nostris quoque temporibus florere inter omnes constat; v. Liebrecht *Zur Volkskunde* 231 n. 70, 71; Grimm *Deutsche Myth.*[4] III 441 n. 40; III 487 n. 6; III 345; II 897; II 958, 688, 933; Gonzenbach *Sizilianische Märchen* I 72; Frazer *Rameau d'or* I 321 sqq.

Deinde in apparatu magico vinculorum removebant impedimentum.

Ac primum magi, qui actionem magicam exercebant, vinculis omnibus vacare debebant. Veneficae illae horridae, quae apud Horatium sat. I 8 depinguntur, *passo capillo* ad apparatum magicum accedebant, cum omni implicatione daemon quidam inimicus nocere posset, qua re caerimoniae eventum dubium fieri putabant. Item epod. 5, 15 describitur:

Canidia brevibus inligata viperis
crinis et incomptum caput,

et ibid. v. 28 Sagana:

horret capillis ut marinus asperis
echinus aut currens aper.

Ad Peliam reformandum Ov. met. VII 257

passis Medea capillis
bacchantum ritu flagrantes circuit aras.

Cf. Hirschfeld, De incantamentis 43. Et VII 182 Medea

egreditur tectis vestes induta recinctas,
nuda pedem, nudos umeris infusa capillos.

De lustratione magica narrat Tibull. I 5, 11:

Ipseque te circum lustravi sulfure puro,
carmine cum magico praecinuisset anus.
Ipse procuravi, ne possent saeva nocere
somnia, ter sancta deveneranda mola:
ipse ego velatus filo tunicisque solutis
vota novem Triviae nocte silente dedi.

Ov. heroid. VI 89 maga

per tumulos errat passis discincta capillis
certaque de tepidis colligit ossa rogis.
devovet absentis simulacraque cerea figit,
et miserum tenuis in iecur urgit acus.

Apud Lucanum (VI 467) Thessalae magae

vocibus isdem
umentes late nebulas nimbosque solutis
excussere comis.

Maga Erichtho, quam Sextus Pompeius consuluit, a Lucano VI 515 depingitur:

Tenet ora profanae
foeda situ macies, caeloque ignota sereno
terribilis Stygio facies pallore gravatur
inpexis onerata comis.

Deinde etiam res, quae actioni magicae inserviunt, nexibus vacare fas est.

Ne res magica impediatur, puer, quem Canidia eiusque ministrae sunt necaturae, bulla atque praetexta privatur. Hor. epod. 5, 12; v. Fahz, De poetarum Romanorum doctrina magica (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.* II 3) 35; cf. supra 43.

Erichto striga apud Lucan. VI 543

laqueum nodosque nocentis
ore suo rumpit (scil. pendentium).

Deinde in rebus rusticis ad pestem depellendam femina *resoluta sinus resoluto maesta capillo* (Colum. X 357) hortum lustrat. Ut herbae nocivae deleantur, virgo λελυμένη τὰς τρίχας operari debet Geop. II 42, 3. Contra urucas mulier recincta

arbores ambire iubetur apud Plin. XVII 66. Mulierem *nusquam cinctam solutis capillis* hortum circumeuntem memorat Pallad. I 25, 3.

Eodem modo quae lustrationem exercet femina solutis crinibus est apud Colum. IX 3, 64 et mulierem *λυσίτριχα* (*λυσίκομον* cod. M) commemorant Geop. XII 8. A Plinio XXVIII 78 traditur, eundum esse nudis pedibus cinctuque dissoluto; cf. supra 51 sqq.

Eadem ex superstitione apud Plin. XXVIII 28: *Pagana lege in plerisque Italiae praedibus cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei, praecipue frugum.* Rieß *Aberglaube* P.W. I 91; Schwarz, Progr. Celle, 1888, 48; cf. Juynboll *Arch. f. Rel.-Wiss.* VII (1904) 495. Etiam in sacris magicis ad pestem a gregibus arcendam habitis feminae apud Russos et Serbos vicum circumeunt nudae aut tunica indutae, crinibus dissolutis, *Arch. f. Rel.-Wiss.* IX (1906) 452 sq.

Huc pertinent etiam nonnulla medicinae praecepta.

Ut oculorum imbecillitati mederentur, cytino utebantur, quem qui decerpere volebat, *solutus vinculo omni cinctus et calciatus atque etiam anuli* esse debebat, Plin. XXIII 110; Rieß P.W. I 56[1].

Si quis morbo comitiali laborabat, non licebat *μηδὲ πόδα ἐπὶ ποδὶ ἔχειν, μηδὲ χεῖρα ἐπὶ χειρί· ταῦτα γὰρ πάντα κωλύματα εἶναι* (Hippocr. de morbo sacro ed. v. Wilamowitz *Lesebuch* I 2 p. 271) propter vim impedientem, quae omni ligaturae adhaerebat; v. Rohde *Psyche* II 76; Kroll *Aberglaube* 20.

Ad renium dolores commendatur in Antidot. Brux. II 137 (p. 388 Rose): *Herbam artemisiam a pridie ubi nascitur inquires, et alia die ante solis ortum inclinatus de sinistra manu velle. sine nodo concingis te.*

Eadem ex superstitione in digito medio, qui medicus no-

[1] Conferas superstitionem, quam ex Borussis sumptam C. Weinhold *Die mystische Neunzahl bei den Deutschen, Abh. Ac. Berl.* 1897, 31 narravit: *Gegen böse Augen sucht man in Ostpreussen schweigend neunerlei Kräuter, näht sie in ungekrümptes graues Tuch mit einem Faden Garn, das ein Kind gesponnen ohne einen Knoten zu machen und ohne den Faden zu erwähnen.*

minabatur[1], anulum portare vetabatur, ne vis eius occulta eo vinculo minueretur. Plin. XXXIII 24: *Hic nunc solus (digitus medius) excipitur, ceteri omnes onerantur, atque etiam privatim articulis minoribus aliis.*

Ad anulorum vinculi significationem remedium redire videtur, quod Marcellus tradidit 8, 190: *Varulis . . . remedium tale facies: anulos digitis eximes et sinistrae manus digitis tribus oculum circumtenebis et ter despues terque dices rica rica soro*[2].

Ad singultus sanandos anulum de dextera manu in sinistram transferre medicinam praebet. Ps. Theod. Additam. ad Theod. Prisc. eupor. II 29 (p. 327 Rose): *Item anulum assidue cum digitis medicinalibus de dextra manu in sinistram duces, de sinistra in dextram.* Videlicet ea ratione etiam morbus retro versus eici putabatur. Cui rei conferas Marc. 17, 44: *Anulus in sinistra manu in medio digito positus vel ibidem translatus singultus statim compescit.* Plin. XXVIII 57: *Sternumenta pinna gravedinem emendant et si quis mulae nares, ut tradunt, osculo attingat, sternumenta et singultum. ad hoc Varro suadet palmam alterna manu scalpere; plerique anulum e sinistra in longissimum dextrae digitum transferre, in aquam ferventem manus mergere.*

Trimalchio, ut omen infaustum averteret, anulum traiecit. Petron. c. 74: *Haec dicente eo gallus gallinaceus cantavit. qua voce confusus Trimalchio vinum sub mensa effundi lucernamque etiam mero spargi. immo anulum traiecit in dexteram manum et „non sine causa", inquit, „hic bucinus signum dedit, nam aut incendium oportet fiat aut aliquis in vicina animam abiciet"*; v. Friedlaenderi ad h. l. adnotationem.

Cum igitur anuli vinculorum quasi symbola essent, eorum usum nonnullis in rebus humanis velut omen infaustum evitabant.

Ut in Pythagoreorum symbolis persaepe superstitiones populares invenimus[3], mirum non est, quod vel cavetur *δακτύλιον μὴ φόρει* Iambl. protr. 21 (p. 119, 14 Pist.)[4], sub quo Pythagorei cum corporis tum animae vinculum intellegebant,

---

[1] Weinreich *Antike Heilungswunder* 42.

[2] Frazer *Rameau d'or* I 324 sq.

[3] Wünsch *Frühlingsfest* 34; Diels *Arch. f. Philosophie* III 466.

[4] *Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον.* Androc. ap. Ps. Plut. de lib. educ. 12.

ἐπεὶ δεσμοῦ τρόπῳ περίκειται τοῖς φοροῦσιν ὁ δακτύλιος, ἴδιον ἔχων τὸ μὴ ἄγχειν μηδὲ κακουχεῖν, ἀλλά πως ἁρμόζειν καὶ προσφυῶς ἔχειν, Clem. Al. strom. V 5, 28. De anulorum significatione rectissime iudicavit Boehm, De symb. Pythag. 29.

Qua de causa Romani et Iudaei ante cenam anulos detrahere solebant. Plin. XXVIII 24: *Nam si mensa adsit, anulum ponere translatitium videmus, quoniam etiam mutas religiones pollere manifestum est*; v. Haberland *Über Gebräuche und Aberglauben beim Essen*, *Zeitschr. für Völkerpsychologie* XVIII (1888) 259.

Huc spectat etiam ea religio, quam secuti Romani morientibus anulos de digitis detrahebant. Plin. XXXIII 27: *Gravatis somno aut morientibus anuli detrahuntur, maiorque vitae ratio circa hoc instrumentum esse coepit.*

Frazer *Rameau d'or* I 328 eam interpretari conatus est et morem incolarum insulae maris Aegaei affert, qui mortuis anulos de digitis eximunt rati animam, si vel in digito minimo retineatur, quietem capere non posse, quae religio et apud Tirolienses (Zingerle 432) et apud nostros invenitur. Quae opinio doctior esse videtur, quam ut in ea veram originem inveniamus. Immo vero ad Boehmii sententiam accedo, qui eam superstitionem anuli mortuis detrahendi inde explicat, quod anima facilius egredi possit. Quacum interpretatione optime congruit, quod etiam veneficae mulieres omnes nodos recingunt eo timore adductae, ne vinculo quodam daemones infesti retineantur, qui magicae potestati exercendae obesse possint. Qua de causa in mortuorum indumentis nodum etiam nostrae aetatis superstitione innecti vetatur, *sonst bindet man den Gestorbenen an dieses Leben*; v. G. Schuller *Volksüml. Glaube u. Brauch bei Tod u. Begräbnis im Siebenbürger Sachsenlande*, progr. Schäßburg 1863, 63.

Dormientibus vero anulos detrahi Boehmius voluit, ne anima impediretur, „quominus per somnia vagata[1] commode in corpus redeat“. Nescio an alia ratione eum morem illustrare possimus. In somno enim hominum mentes saepe somniis et

[1] Somnio *καθ' ἑαυτὴν γίνεται ἡ ψυχή*, Aristot. apud Sext. Emp. adv. math. 9. 20. 21; E. Rohde *Psyche* II 60. De anima in somno extra corpus vagante multarum gentium opiniones collegit Frazer *Le rameau d'or* I 191 sqq.

incubis anguntur[1]. Quas animi affectiones ita explicabant, ut a daemonibus quibusdam effectas esse putarent[2]. Ut hos daemones, qui anuli vinculo ad corpus alligati animos dormientium perturbare et vexare crederentur, liberos atque impotentes redderent, eam superstitionem observabant veteres[3].

Hucusque diximus de nodorum vi impediente, quam propter antiqui usum in rebus et sacris et superstitiosis evitabant, ut daemones noxios ligaturis in corpore vinctos depellerent. Cum autem vinculorum vim impedientem, quantum concordia rerum valeret, intellegerent, eam virtutem adhibere studebant ad inimicorum actiones retardandas et prohibendas; v. C. H. Becker *Arch. f. Rel.-Wiss.* XI 360; M. Jastrow *Die Religion Babyloniens und Assyriens*, Gießen 1903, I 286. 302. 331; F. Lenormant *Die Magie u. Wahrsagekunst der Chaldaeer*, Jena 1878, 43. 71. 73. Huc spectant praecipue devinctiones, quae apud Graecos *κατάδεσμοι* vocantur; v. Wünsch, Defix. tab. Att. IG III app. 3; Audollent, Defixionum tabellae praeter Atticas, Paris 1904; Deißmann *Licht vom Osten*, Tübingen 1908, 227. Nam cum personam artissime coniunctam esse cum eius effigie[4] veteres putarent, ad eam superstitionem progressi sunt, ut si cui vim inferre vellent, eius imaginem eodem modo afficerent, quo hominem ipsum, cuius loco fungeretur; cf. Fahz, De poet. Rom. doctr. mag. 20.

Qua in re vinciendi figuram plurimum valuisse per se intellegitur. Quantam autem vim ei tribuerint, optime docemur historia mirabili Sanctorum Cypri et Ioannis *περὶ τοῦ θεοφίλου τοῦ ἀπὸ μαγείας συνδεθέντος τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας*, quam Sophronius prodit (P. Gr. 87, 35). Illum enim Theophilum magus morbo afflixerat, *χεῖρας καὶ πόδας συνδήσας τοῦ σώματος* in effigie magica, neque prius morbi dolores de-

[1] De nocturni pavoris apud antiquos timore verba fecit Dieterich *Abraxas* 86 sqq.; v. Hor. epod. 5. 91 sqq.

[2] Roscher *Ephialtes*, *Abh. sächs. Ges. Wiss.* XX (1903) 31.

[3] Qua de causa Germani quoque nodos in dormiendo removebant; cf. *Chemnitzer Rockenphilosophie* 113 (apud Grimm *D. M.*[4] III 438): *Tut man stroh in ein bett, lasse man die knoten nicht an den strohbändern, sonst kann niemand darauf schlafen.*

[4] Dedo, de superst. am. 26; Radermacher *Festschrift f. Gomperz*, Wien 1902, 4.

sierunt, quam eam figuram in mari reconditam amici repperissent et vincula, quibus manus et pedes colligata erant, solvissent.

Quae defixionis magicae descriptio optime illustratur effigie plumbea, qua iuvenis nudus fingitur, cuius caput cultro a corpore abruptum est, manus et pedes retorti vinculis plumbeis[1] vincti sunt. Praeterea corpus vinculo duplici cinctum est et duo clavi ferrei infixi sunt; v. Wünsch *Eine antike Rachepuppe*, Philol. LXI (1902) 26 sq.[2]; cf. Audollent, Def. tab. n. 241 v. 15—17: *Ὡς οὗτος ὁ ἀλέκτωρ καταδέδεται τοῖς ποσὶ καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ, οὕτως καταδήσατε τὰ σκέλη καὶ τὰς χ(ε)ῖρας καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν καρδίαν Βικτωρικοῦ τοῦ ἡνιόχου κτλ.*; v. ibid. praef. LXXXI.

Qua in effigie manus et pedes vincti sunt. Similiter in diris plumbo mandatis legimus: *Καταδῶ καὶ Δρόμωνα πόδας χεῖρας*, Wünsch, Def. tab. n. 86; *Ἱππονωΐδην καὶ Σωκράτην ἐγὼ ἔλαβον καὶ ἔδησα τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας καὶ τὴν γλῶσσαν καὶ τὴν ψυχήν*, ibid. n. 97; *Ἔδησα τὴν γλῶσσαν καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας*, ibid. n. 96[3].

Devotiones magicas magni momenti esse in rebus amatoriis per se intellegitur, „ut amati mens amore implicaretur"; Fahz l. c. 20. Amaryllidis domina apud Verg. ecl. VIII 72 dicit:

> Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
> terna tibi haec primum triplici diversa colore
> licia circumdo, terque haec altaria circum
> effigiem duco; numero deus impare gaudet.

Et dum maga ipsa Daphnidis imaginem liciis circumligat,

---

[1] De ea materia ad defixiones apta inspicias R. Wünsch *Sethianische Verfluchungstafeln aus Rom*, Lpzg. 1898, 72; Siebourg *Bonner Jahrb.* CVIII (1909) 165 adnot. 1.

[2] De earum imaginum in defixionibus usu apud gentes incultas cf. Globus LXXIX (1903) 109 sq.; R. Fränkel *Zeitschr. d. Ver. f. Volksk.* 1903, 440; Falgairolle *Un envoutement en l'année 1347*, Nimes 1892, 26; Fossey *La magie Assyrienne*, Paris 1902, 79.

[3] Mortuorum animas, ne ad superos vexandos reverti possent, eo impedire putabant homines superstitiosi, ut eorum pedes aut manus vincirent. Liebrecht *Zur Volkskunde* 275; M. Landau *Hölle und Fegfeuer* 209; F. v. Duhn *Arch. f. Rel.-Wiss.* IX (1906) 3.

Amaryllidem ad vim devinciendi augendam, ut nodos amatorios nectat[1], adhortatur:

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores,
necte, Amarylli, modo et „Veneris, dic, vincula necto".

Cf. Hirschfeld, De incant. 43; Dedo, De superst. am. 24.

De Veneris nodo magico loquitur Tibull. I 8, 5:

Ipsa Venus magico religatum bracchia nodo
perdocuit multis non sine verberibus.

Huius similis devinctio invenitur in Ciride v. 368 sqq., quo loco, ut Nisus Scyllae, regis filiae, amore flagret, *μαγικὴ πρᾶξις* perficitur a nutrice artis magicae perita, quae

terque novena ligans triplici diversa colore
fila „ter in gremium mecum, inquit, despue, virgo,
despue ter, virgo: numero deus impare gaudet".

Ut licia inter se nodis implicantur, eodem modo Nisi animus vincitur; v. Wünsch *Zur Ciris v. 369—377*, Rh. M. LVII (1902) 468 sqq.; Hirschfeld, De incant. 20; Fahz l. c. 20 adnot. 1, 2. Horat. sat. I 8, 49 commemorat incantata vincula a Canidia eiusque ministra usurpata, quae sine dubio eidem fini inservierunt, Fahz l. c. 20. Apud Petron. sat. 131 narratur de muliere sene, *quae de sinu licium protulit varii coloris filis intortum cervicemque vinxit meam.*

Lucan. VI 458 sq. dicit de magis Thessalis:

Quos non concordia mixti
alligat ulla tori blandaeque potentia formae,
traxerunt torti magica vertigine fili.

Fahz l. c. 21.

Huc spectat etiam ea res, quam Germani *Nestelknüpfen* vocant, i. e. ligare ligulam; v. C. Meyer *Aberglaube des Mittelalters* 265; Grimm *D. M.* II 879, 983; Dedo, De superst. am. 17 adnot. 5; Blau *Altjüd. Zauberwesen* 53; Frazer *Rameau d'or* I 322; W. Wundt *Völkerpsychologie*, Lpzg. 1906, II 193; cf. Marc. Emp. 33, 69: *Si quem voles per noctem cum femina coire non posse, pistillum coronatum sub lecto illius pone.*

[1] De eo nodorum usu magico adeas Fossey *La magie Assyrienne* 82 sqq. 219. 231 alia.

Apud Neograecos ea superstitio hac aetate ἐμπόδιο vel ἀμπόδεμα appellatur. Ea ligandi caerimonia commemoratur in papyro Lugdunensi (ed. Dieterich *Jahrb. f. Philol. Suppl.* XIX 811): *Ἐπεκαλεσάμην σε, θεὲ μέγιστε, ὅπως ποιήσῃ τοῦτο τὸ ξόανον . . . πάθη τε ψυχικὰ καὶ σωματικὰ καὶ ἀσθένειαν ἐμποδισμόν τε ἐπιφέρειν.* Kuhnert, Rh. M. IL 55 artem nostrae aetatis affert Graecam: *Ἵνα δήσωσι* (h. e. *κωλύσωσι συγγενέσθαι*) *τοὺς νεονύμφους δοῦντες κόμβον ἐπὶ σχοινίου λέγουσι· δένω τὴ νύφη καὶ τὸ γαμβρό. ἐφ' ὅσον δὲ ὁ κόμβος μὴ λύεται, οἱ νεόνυμφοι οὐ δύνανται συγγενέσθαι. τὸ σχοίνιον τοῦτο, ἐξ οὗ ὁ κόμβος, ἀνῆκέ ποτε ἁλιεῖ τινι*[1], *καὶ ὁπότε οὗτος ἁλιεύων βυθίζοι αὐτὸ εἰς τὴν θάλασσαν, ὁ νεόνυμφος ᾠδαίνετο καὶ ἔπασχε δεινῶς.* Qua cum defixione conferas, quod praescribit *Ἰατροσόφιον ὠφέλιμον* 55 (quod G. F. Abott *Macedonian folklore* 230, 358 ex libro manuscripto saec. XVIII edidit): *Διὰ νὰ λύσῃς ἄνδρα δέμενον* (*einen, dessen Zeugungskraft durch böswilligen Zauber gelähmt ist* explicavit Wolters), *ἔπαρον καρύδια παμπακίου καὶ δέσον αὐτὰ κόμπους ιβ' καὶ λέγε ἐπάνω στὴν κεφαλήν του· εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ λέγε ταῦτα τὰ λόγια· ἀπολυθήτωσαν τὰ μέλη τοῦ δεῖνα ὡς ἀπελύθη Λάζαρος ἀπὸ τὸν τάφον,* v. Wolters *Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII (1905) *Beiheft* 21[2].

Quantam vim homines superstitiosi ei fascinationi attribuerint, vel inde elucet, quod ecclesia catholica super viros eo malo afflictos exorzismos atque orationes dicere solebat; cf. Benedictionale Constantiense 1781 p. 278—283; Theodosius Schöpfer, De iniuriis, quae haud raro novis ... nuptis inferri solent, Quedlinburg 1699, 94 sqq.; J. J. Hartmann, De coniugibus incantatis: *Von verzauberten Eheleuten durch Nestelknüpfen, Schlosszuklappen etc.* Jena 1741; v. Usener *Mythologie, Arch. f. Rel.-Wiss.* VII (1904) 19 = *Vortr. u. Aufs.* 52.

[1] Quod praescriptum consentit nescio qua ratione cum historia S. Cypri et Ioannis (PG 87, 35); v. supra 87.

[2] Cf. etiam Concil. Bracar. II a. 575 can. 59: *Non licet clericis ligaturas facere, quod est colligatio animarum*; cf. Concil. Agathen. a. 506 can. 68; R. Boese, Superstitiones Arelatenses a Caesario collectae, diss. Marburg 1909, 44; cf. 50 sq.: *De incantationibus, phylacteriis etc.* De ligaturis et praecantationibus loquitur Aug. tract. VII in Ioann. (MiPL XXXV 400).

Quibus rebus cognitis non ambigemus de caerimonia in Feralibus, die Deae Tacitae exercitata, quo hostiles linguae et ora defigi solita sunt. Ov. fast. II 575:

Ecce anus in mediis residens annosa puellis
sacra facit Tacitae (vix tamen ipsa tacet)
et digitis tria tura tribus sub limine ponit,
qua brevis occultum mus sibi fecit iter.
tunc cantata ligat cum fusco licia plumbo
et septem nigras versat in ore fabas.
quodque pice adstrinxit, quod acu traiecit aëna,
obsutum maenae torret in igne caput[1].
vina quoque instillat. vini quodcumque relictum est,
aut ipsa aut comites, plus tamen ipsa, bibit.
„hostiles linguas inimicaque vinximus ora"
dicit discedens ebriaque exit anus.

V. R. Wünsch, Rh. M. LVI (1901) 402; Kuhnert, P.W. IV 2376; Rieß, P.W. I 33, 46; Frazer *Rameau d'or* I 327. Nihil aliud est, quod in defixionum tabellis legimus: *Καταδῶ τὴν γλῶσσαν*; Def. tab. Att. 86, 96, 97.

Apud Ovidium Dipsas lena (am. I 8, 7)

scit bene quid gramen, quid torta concita rhombo
licia, quid valeat virus amantis equae.

Apud eundem poetam (am. III 7, 77) amata de lasso atque invito amatore queritur et

quid me ludis, ait, quis te, male sane, iubebat
invitum nostro ponere membra toro?
aut te traiectis Aeaea venefica lanis
devovet,

„quo in versu cogitatur de effigie cerea laneis liciis circumdata, liciis acu simili instrumento traiectis" (Fahz l. c. 22).

Burchardius Vormat. 195c (Grimm *D. M.*[4] III 404sq.) crimini dedit, quod *vel incendisti grana, ubi mortuus homo erat, vel cingulum mortui pro damno alicuius in nodos colligasti.* Devinctionis porro exemplum habet pap. Par. 330: *Καὶ λαβὼν πλάτυμμα μολυβοῦν γράψον τὸν λόγον καὶ δίωκε. καὶ συνδήσας*

[1] Cf. ad hoc Lucian. dial. meretr. IV 4; v. Fest. 238.

τὸ πέταλον τοῖς ζῳδίοις μίτῳ ἀπὸ ἱστοῦ, ποιήσας ἄμματα τξε' [1], *λέγων ὡς οἶδας, ἀβρασὰξ κατάσχες*, v. Kuhnert, Rh. M. IL (1894) 37 sqq. Eodem modo 365 nodi in licio nigro ligantur apud Wesselium *Neue griech. Zp.* 35 v. 460: *Λαβὼν μίτον μέλανα βαλὲ ἄμματα τξε' καὶ ἔσωθεν περίδησον, λέγε πάλιν τὸν αὐτὸν λόγον καὶ διατήρησον τὸν κάτοχον ἢ κατάδεσμον ἢ ὃ ἂν ποιῇς καὶ οὕτω κατατίθεται.*

Ab eadem vinculorum superstitione anulorum magicorum usus ortus est, quibus antiqui tribuebant vim maximam et qui omnium fere gentium in arte magica locum excellentem obtinuerunt; cf. Fortunius Licetus, De anulis antiquis, Utinum 1645; W. Jones *Fingerring-lore*, London 1877, 91 sqq.; A. Hillebrandt, *Vedische Opfer und Zauber*, Straßb. 1897, 178; Fossey *La magie Assyrienne* 83. Quorum potestas vel augetur, si ex metallis, plerumque ferro facti sunt, quae cum morte inprimis violenta aliqua ratione coniuncta sunt; R. Wünsch *Antikes Zaubergerät aus Pergamon*, *Arch. Jahrb. Ergänzungsheft* VI, Berlin 1905, 42.

Apud Aristoph. Plut. 883 Dicaeus a minis sycophanti se tuetur anulo:

> *Οὐδὲν προτιμῶ σου· φορῶ γὰρ πριάμενος*
> *τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου δραχμῆς.*
> *ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος* [2].

Scholia *Δακτύλιον φαρμακίτην* ut amuletum praedicant: *Ἀλεξητήριον τῶν δηλητηρίων δείκνυσιν αὐτῷ καὶ βασκανίας ἀποτρεπτικὸν δακτύλιον . . ., ἀλλ' οὐ πρὸς δῆγμα τοῦ συκοφάντου, ὡς τούτων χειρόνων ὄντων καὶ θηρίων, πρὸς ἃ ὁ δακτύλιος πεποίηται*, v. Kropatscheck, De amuletorum usu 26; Jones *Fingerring-lore* 104; J. H. Marshall *Journ. of hellenic studies* XXIV (1904) 334 sqq. In Aristophanis fabula, quae *Δαναΐδες* inscribitur, Danaus fortasse gestabat anulum magicum; v. frg.

[1] *τξε'* est 365; v. Dieterich *Abraxas* 128 v. 35: *Σὺ εἶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀβρασαξ*; cf. Wessely *Neue griech. Zp.* 56: *Τὸ δὲ δεύτερον ὄνομα ἔχον ἀριθμὸν ε' (πέντε) τῶν κυριευόντων τοῦ κόσμου τὴν ψῆφον ἔχοντα τξε' πρὸς τὰς ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀληθῶς ἀβρασαξ*; ad Abraxas vide Wessely, Ephesia grammata 15 n. 47.

[2] Coni. van Leeuwen *φάρμακον*. At *δήγματος*, quod codices tradunt, non mutandum esse puto, cf. quae Blaydes in editione adnotavit.

250 (Kock): *Δακτύλιον χαλκοῦν φέρων ἀπείρωνα*; cf. schol Iliad. XIV 200.

Hesych. *δακτύλιος φαρμακίτης* (Eupol. fr. 87 Kock), *ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι εἰώθασι πιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκου* (Arist. Lys. 1027); v. Suidas s. v. *ἀλλ' οὐκ ἔνεστι.*

Apud Athen. III 96 p. 123 B Antiphanes (fr. 177) loquitur:

> *Οὐ γὰρ κακὸν ἔχω μηδ' ἔχοιμ'· ἐὰν δ' ἄρα*
> *στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρ' ἢ τὸν ὀμφαλὸν*
> *παρὰ Φερτάτου δακτύλιός ἐστί μοι δραχμῆς.*

Heliodor. VIII 11 (p. 235 I. Bekker): *Ἔστι δὴ καὶ δακτύλιος, δῶρον μὲν παρὰ πατρὸς τοὐμοῦ τῇ μητρὶ παρὰ τὴν μνηστείαν δοθείς, λίθῳ δὲ τῇ καλουμένῃ παντάρβῃ τὴν σφενδόνην διάθετος, γράμμασι δὲ ἱεροῖς τισὶν ἀνάγραπτος, καὶ τελετῆς, ὡς ἔοικε, θειοτέρας ἀνάμεστος, παρ' ἧς εἰκάζω δύναμίν τινα ἥκειν τῇ λίθῳ πυρὸς φυγαδευτικήν, ἀπάθειαν τοῖς ἔχουσιν ἐν ταῖς φλογώσεσι δωρουμένην, ἢ κἀμὲ τυχὸν σὺν βουλήσει θεῶν περιέσωσε.* Cf. Bekker *Charikles*[2] 1854, I 329; Hermann *Gottesdienstl. Altert.*[2] 279 (42. 18).

Quas virtutes veteres anulis magicis inesse putaverint, ex Luciani navig. 42 cognoscimus: *Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὸν Ἑρμῆν ἐντυχόντα μοι δοῦναι δακτυλίους τινὰς καὶ τοιούτους τὴν δύναμιν, ἕνα μὲν ὥστε ἀεὶ ἐρρῶσθαι καὶ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα καὶ ἄτρωτον εἶναι καὶ ἀπαθῆ, ἕτερον δὲ ὡς μὴ ὁρᾶσθαι τὸν περιθέμενον, οἷος ἦν ὁ τοῦ Γύγου κτλ.*

In papyro Lugdunensi (ed. Dieterich *Jahrb. f. Phil. Suppl.* XVI (1888) 809) memoratur *δακτυλίδιον πρὸς ἐπίτευξιν καὶ χάριν καὶ νίκην*, quod *ἐνδόξους ποιεῖ καὶ μεγάλους καὶ θαυμασιοὺς καὶ πλουσίους κατὰ δύναμιν ἢ τοιούτων φιλίας παρέχει. . . . ἀνοίξει γε θύρας καὶ δεσμὰ διαρρήξει καὶ λίθους ὁ προσάγων τὸν λίθον, τοῦτ' ἔστιν ψῆφον, καὶ λέγων τὸ ὄνομα τὸ ὑπογεγραμμένον. ποιεῖ δὲ πρὸς δαιμο[νι]οπλήκτους· δὸς γὰρ φορεῖν αὐτὸ καὶ παραυτὰ φεύξεται τὸ δαιμόνιον.*

Quae vis extremo loco enumerata daemones arcendi et propulsandi summa esse videtur. Anulus ad daemones deterrendos aptus, quem Arabs quidam Eucrati dedit, a Luciano commemoratur, Philops. c. 17: *Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐταραττόμην πρὸς αὐτά* (scil. *τὰ δαιμόνων φαντάσματα*), *νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ ἔθους*

οὐδέν τι παράλογον ὁρᾶν μοι δοκῶ, καὶ νῦν μάλιστα ἐξ οὗ μοι δακτύλιον ὁ Ἄραψ ἔδωκε σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον, et paulo post, cum Hecata appareret (c. 24), quam *γυναῖκα προσιοῦσαν φοβερὰν ἡμισταδιαίαν σχέδον τὸ ὕψος* descripsit: *Ἐγὼ μὲν οὖν ἰδὼν ἔστην ἀναστρέψας ἅμα τὴν σφραγῖδα, ἣν μοι ὁ Ἄραψ ἔδωκεν, εἰς τὸ εἴσω τοῦ δακτύλου· ἡ δὲ Ἑκάτη πατάξασα τῷ δρακοντείῳ ποδὶ τοὔδαφος ἐποίησε χάσμα παμμέγεθες, ἡλίκον ταρτάρειον τὸ μέγεθος.* Seligmann *Der böse Blick* II 230.

Anuli magici persaepe ferrei esse debent, propter vim apotropaeam, quam huic metallo[1] adscripserunt antiqui. Sponsa apud Romanos (Plin. XXXIII 9: *Manus et prorsus sinistrae maximam auctoritatem conciliavere auro, non quidem Romanae, quarum in more ferrei erant, ut virtutis bellicae insigne*) anulum ferreum gestabat nec non triumphator, qui inprimis invidiae et daemonum et hominum expositi esse putabantur. Plin. XXXIII 11: *Vulgo sic triumphabant, et, cum corona ex auro Etrusco sustineretur a tergo, anulus tamen in digito ferreus erat aeque triumphantis et servi fortasse coronam sustinentis.* Plin. XXXIII 12: *Etiam nunc sponsae muneris vice ferreus anulus mittitur, isque sine gemma.* Macrob. sat. I 6. 9; v. Kroll *Ant. Abergl.* 3; Helbig *Italiker in der Poebene*, Lpzg. 1879, 81.

Magi eo amuleti loco utuntur, Lucian. Philops. 15, nec minus in rebus magicis adhibetur, pap. Par. 2130: *Λαβὼν σίδηρον ἀπὸ ἀναγκοπέδης ψυχρηλατήσας ποίησον δακτύλιον.*

Pap. Anastasy (Brit. Mus. XLVI): *Λαβὼν χάρτην ἱερατικὸν ἢ μολυβοῦν πέταλον καὶ σιδηροῦν κρίκον θὲς ἐπὶ τὸν χάρτην τὸν κρίκον καὶ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν αἶρε τύπον τοῦ κρίκου καλάμῳ.* Wessely *Griech. Zauberpap.* 307 = Kenyon 74 v. 304 sqq.

Unguentum anulo ferreo obsignatur pap. Par. 2690: *Ποιήσας κολλούρια σφράγιζε δακτυλίῳ ὁλοσιδήρῳ ὁλοστόμῳ ἔχοντι Ἑκάτην.* Deubner, De inc. 47.

In medicinis parandis anuli ferrei usurpantur. Ad colicos dolores: *Λαβὼν δακτύλιον σιδηροῦν ποίησον γενέσθαι τὸ κρικέλλιον αὐτοῦ ὀκτάγωνον καὶ οὕτως ἐπίγραφε εἰς τὸ ὀκτάγωνον,* Alex. Trall. II (p. 377 Puschm.). Lippitudini anulo medentur,

[1] J. Goldzieher *Arch. f. Rel.-Wiss.* X (1907) 41 sqq.; Frazer *Rameau d'or* I 271.

Plin. XXIX 130: *Alii terram substernunt lacertae viridi excaecatae et una in vitreo vase anulos includunt e ferro solido vel auro. cum recepisse visum lacertam apparuit per vitrum, emissa ea anulis contra lippitudinem utuntur, alii capitis cinere pro stibi ad scabritias.* De simili caerimonia v. Aelian. h. a. V 47.

Ex Germanorum superstitione afferam, quod apud Grimmium *D. M.*[4] II 978 legimus: *Am Vogelsberg tragen die Gichtkranken eiserne Ringe, aus Nägeln, an welchen Menschen sich erhängt haben, geschmiedet am Ringfinger der rechten Hand.*

Ad daemones arcendos apud Cyranid. II 15. 6 (= de Mely 69. 26) parvum asini frenum pro anulo in digito portandum commendatur: *Τὸ δὲ κρίκιον τοῦ χαλινοῦ αὐτοῦ τὸ μικρὸν ὁ ποιήσας δακτύλιον καὶ φορῶν φεύξεται δαίμονας καὶ ἀποστρέφει πυρετούς*; cf. Tambornino, De daemonismo 72. 83; P. Wendland *Hellenist. röm. Kultur* 124.

Anulorum magicorum virtutes ut augerent, daemonum aut deorum figuras insculpserunt. Plin. XXXIII 41: *Iam vero et Harpocratem statuasque Aegyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt.* Daemones enim eo modo, quo imaginem anuli vinculo vincirent, in potestatem suam redigere putabant; qua de causa in Pythagoreorum symbolis interdictum esse videtur anulos deorum imaginibus insignes portare (*ἐν δακτυλίῳ μὴ φέρειν σημεῖον θεοῦ εἰκόνα*, Aristot. ap. Iambl. v. P. 84; Androcyd. ap. Porphyr. v. P. 42; Diog. Laert. VIII 17; Iambl. protr. 21; Clem. Al. strom. V 5. 28; Apollon. Tyan. ap. Iambl. v. P. 256; v. Boehm, De symb. Pyth. 13).

Qui anulum deorum imagines gestantem in digito portabant, ei dei obtemperabant. De anulo magico, in quo Anubis insculptus est, cf. R. Wünsch *Deisidaimoniaca, Arch. f. Rel.-Wiss.* XII (1909) 19. Quem anulum qui possidebat, numinis auxilium sibi vindicabat et omnium, qui ei subditi erant. Qua ex opinione in pap. Par. 1467 invocatur *Ἄνουβι φύλαξ ἀναπέμψατε μοι τῶν νεκύων τούτων εἴδωλα.*

In eadem papyro imploratur v. 1673 numen quoddam: *Δὸς ἐπαφροδισίαν τῷ δακτυλίῳ τούτῳ ἢ τῷ φυλακτηρίῳ τούτῳ ἢ τῇ γλυφῇ ταύτῃ*, et paulo post v. 1712: *Ὁρκίζω γῆν καὶ οὐρανὸν πάντα μοι τελέσαι διὰ τῆς χρείας ταύτης τοῦ δακτυλίου τούτου.*

Isidis anulus validissimus occurrit in pap. Lugd. 805 (Dieterich): *Δακτυλίδιον πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν καὶ ἐπιτυχίαν. πρὸς βασιλεῖς* (cf. Kroll, Analecta Graeca, progr. Greifsw. 1901) *καὶ ἡγεμόνας λίαν ἐνεργές. λαβὼν ἴασπιν ἀερίζοντα* (de hoc lapide v. Kroll, Analecta Graeca 13 sq.) *ἐπίγραψον δράκοντα κυκλοτερῶς τὴν οὐρὰν ἔχοντα τῷ στόματι*[1] *καὶ ἐπίμεσον τοῦ δράκοντος Ἶσιν δύο ἀστέρας ἔχουσαν ἐπὶ τῶν δύο κεράτων καὶ ἐπάνω τούτων ἥλιον ω . . . . ω αβρασαξ καὶ ὄπισθεν τῆς γλυφῆς τοῦ λίθου τὸ αὐτὸ ὄνομα αβρασαξ καὶ κατὰ τοῦ περιζώματος ἐπιγράψεις τὸ μέγα καὶ ἅγιον καὶ κατὰ πάντων τὸ ὄνομα ιαω σαβαωθ. τελέσας τὸν λίθον ἐν χρυσῷ δακτυλίῳ φόρει, ὁπόταν ᾖ σοι χρεία, ἁγνὸς ὢν καὶ ἐπιτεύξῃ πάντων, ὅσων προαιρῇ. τελέσεις τὸ δακτυλίδιον ἅμα τῇ ψήφῳ τῇ κατὰ πάντων. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν χρυσῷ γλυφέντα τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχει.*

In Aesculapii invocatione anulus adhibetur ferreus dei signo ornatus: *Λαβὼν καλαβώτην ἀπὸ ὑγροῦ ἔασον αὐτὸν εἰς κρίνινον ἕως ἂν ἀποθεωθῇ*[2]. *ἔπειτα γλύψον τὸν ἐν Μέμφι Ἀσκληπιὸν ἐπὶ δακτυλίου σιδηροῦ ἀπὸ ἀναγκοπέδης καὶ βαλὲ εἰς κρίνινον ἔλαιον καὶ ὅτε χρήζῃ λαβὼν τὸν δακτύλιον δεῖξον τῇ ἄρκτῳ λέγων τὸν λόγον ἑπτάκις· μενωφρι ὁ ἐπὶ* (επει pap.) *τὰ χερουβὶν καθήμενος, πέμψον μοι τὸν ἀληθινὸν Ἀσκληπιὸν δίχα τινος ἀντιθέου πλανοδαίμονος*[3]. *εἶτα ἔνεγκον τὸ θυμιατήριον ὅπου μέλλεις κοιμᾶσθαι καὶ θῦσον λιβάνου κόκκους τρεῖς καὶ περιένεγκον τὸ δακτύλιον ἐπὶ τῆς ἀτμίδος* (pap. ἀτμιτος) *τοῦ λιβάνου λέγων ἑπτάκις τὸν λόγον . . . κύριε Ἀσκληπιέ, φάνηθι· καὶ φόρει τὸν δακτύλιον εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῷ λιχανῷ,* Wessely *N. Gr. Zp.* 694 sqq. = Kenyon p. 104 v. 628 sqq.; Deubner, De incub. 36; quocum conferas Kenyon 71 v. 202 sqq.: *Ἑρμοῦ δακτύλιος, κανθάρου ποίησις . . . . γλύμμα κανθάρου εἰς λίθον σμάραγδον πολυτελῆ· γλύψον κάνθαρον καὶ τρήσας δίειρον χρυσῷ· εἰς δὲ τὸ ὑποκάτω τοῦ κανθάρου γλύψον Ἶσιν ἱερὰν καὶ τελέσας ὡς ὑπογέγραπται χρῶ.* Cf. Ael. Aristid. or. sacr. 48. 27 (Keil II p. 400): *Ἀντὶ δὲ τούτου τὸν δακτύλιον, ὃν ἐφόρουν περιε-*

[1] Quam draconis figuram solis meatum significare docuit A. Dieterich *Abraxas* 52; v. Macrob. Sat. I 17. 59.

[2] Qui stellio propter litterarum concinnitatem cum Aesculapio coniunctus esse videtur, solito enim *ἀσκαλαβώτης* vocatur; Deubner, De inc. 37.

[3] Cum timerent, ne daemones peregrini atque noxii rei sacrae interessent.

λόμενον ἀναθεῖν αὐτῷ Τελεσφόρῳ. τὸ γὰρ αὐτὸ ποιεῖν ὥσπερ ἂν εἰ τὸν δάκτυλον αὐτὸν προείμην. ἐπιγράψαι δὲ εἰς τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου Κρόνου παῖ. ταῦτα ποιοῦντι σωτηρίαν εἶναι.

Hecatae anuli utiles esse videbantur: *Σφράγιζε δακτυλίῳ ὁλοσιδήρῳ ὁλοστόμῳ ἔχοντι Ἑκάτην καὶ κύκλῳ τὸ ὄνομα φαρβουφερβα*, pap. Par. 2690.

Notissimus autem et validissimus erat anulus Salomonis, cui potestates summas inesse non solum veteres putabant, sed usque ad hanc aetatem eius vestigia detegere possumus. Dieterich *Abraxas* 142; Jones *Fingerring-lore* 91; P. Perdrizet *Rev. des ét. grecs* XVI 42 sqq.; per Salomonis anulum daemones adiurantur pap. Par. 3033 (= *Abraxas* 139): *Ὁρκίζω σε πᾶν πνεῦμα δαιμόνιον, λαλῆσαι ὁποῖον ἂν ᾖς, ὅτι ὁρκίζω σε κατὰ τῆς σφραγῖδος, ἧς ἔθετο Σολομὼν ἐπὶ τὴν γλῶσσαν τοῦ Ἰηρεμίου καὶ ἐλάλησεν.* V. Dieterich *Jahrb. für Philol. Suppl.* XVI (1888) 755; Pradel *Griech. u. süditalien. Gebete* (*Rel.gesch. Vers. u. Vorarb.* III 3) 313; v. Ducange s. v. *σφραγίδες*; Seligmann *Der böse Blick* II 313 sq.; Tambornino 79.

Salomonis anulo Eleazarum coram imperatore Vespasiano daemonem eiecisse Flavius Iosephus tradit Ant. Iud. VIII 2. 5: *Προσφέρων ταῖς ῥισὶ τοῦ δαιμονιζομένου τὸν δακτύλιον ἔχοντα ὑπὸ τῇ σφραγῖδι ῥίζαν ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομών, ἔπειτα ἐξεῖλκεν ὀσφραινομένῳ διὰ τῶν μυκτήρων τὸ δαιμόνιον*; v. Dieterich *Abraxas* 142; *Lapidaires grecs* ed. Mély-Ruelle II 1. 208. 1191 sqq.: *Καὶ μελανίζοντα σφοδρῶς τῇ χρόᾳ δαιμονίτην, ὃν φέρων εἰς δακτύλιον ὁ Σολομῶν ὁ μέγας τὰς τῶν δαιμόνων φαλάγγας ὑπέταξε θεόθεν*, Pradel *Griech. u. süditalien. Gebete* 362; Perdrizet *Rev. des ét. grecs* 1903, 42. Brachmanes apud Indos cognoverunt *τὴν . . ἰσχὺν τοῦ δακτυλίου καὶ τῆς ῥάβδου, ἃ φορεῖν αὐτοὺς ἄμφω*, Philostr. v. Ap. III 15.

Anulos vaticinantes Execesti commemoravit Aristoteles (fr. 599 Rose [3], FHG II p. 146) apud Clem. Alex. strom. I 133. 4: *Ἐξήκεστός τε ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων.*

Denique adiungam anulum Gygium, *quo circumacto habentem nemo cerneret* Plin. XXXIII 8; *Γύγου δακτύλιος· ἐπὶ τῶν πολυμηχάνων καὶ πανούργων. Γύγης γὰρ βουκόλος ὢν γῆς ὑπὸ*

σεισμοῦ ῥαγείσης νεκρὸν εὑρὼν φοροῦντα δακτύλιον καὶ τοῦτον περιελόμενος φύσιν ἔχοντα ὥστε κατὰ τὰς στροφὰς τῆς σφενδόνης ὁρᾶσθαι καὶ μὴ ὅταν βούληται, Diogenian. II 20; Gregor. Naz. orat. IV 94: *Ἡ τῷ δακτυλίῳ Γύγου καὶ τῇ στροφῇ τῆς σφενδόνης χρησάμενος, ἑαυτὸν ἀποκλέψειε.* Orat. XLIII 21; carm. X 31; Apostolios V 71; Liban. epist. 1031; Plato rep. II 359 D—360 B; Cic. off. III 9.

Restat ut de cinguli apud antiquos usu superstitioso pauca addam. Cingulo enim quamquam interdum, cum sub eo vinculum impediens intellegerent, solvi iubebatur, tamen magnas vires contineri credebant veteres. Solvendi caerimonia quid in pariendo valuerit, supra commonefeci. Iulius Africanus, qui floruit tertio p. Chr. n. saeculo, scripsit *Κεστῶν ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν ἰατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμευτικῶν περιέχουσαν δυνάμεις*; cf. Oder, Rh. M. XLV 81 sqq.; Rh. M. LI 57.

Cingulum in medicaminibus haberi discimus e codice Cantabrigiensi, quo iubetur 133: *Equum dysuria laborantem castae virginis cingulo feriri*, Oder, De Hippiatric. cod. Cantabrig., Rh. M. LI (1896) 58; v. Aelian. n. a. XI 18: *Λέγεται δὲ καὶ ἵππος τὰ οὖρα εἰ ἐπισχεθείη, παρθένος λύσασα ἣν φορεῖ ζώνην ἐὰν αὐτὸν παίσῃ κατὰ τοῦ προσώπου τῇ ζώνῃ, παραχρῆμα ἐξουρεῖν ἀθρόως καὶ τῆς ὀδύνης παύεσθαι.*

In cingulo magico Apollonii Tyanensis quoque potestas posita erat, Philostr. vit. Ap. VII 38.

Amoris cingulum Veneri adscribitur, cui omnes deliciae atque illecebrae intextae erant. Il. XIV 215:

Ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα
ποικίλον, ἔνθα τέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο,
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Mart. VI 13. 5; Mart. XIV 206:

Collo necte puer meros amores
ceston de Veneris sinu calentem.

Christodor. ecphr. Anth. Pal. II 99 sqq.

Eo respexit Plut. Mor. 19 F: *Τὸν τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ἐπὶ τὸν Δία καὶ τὴν περὶ κεστοῦ γοήτειαν.* Lucian. dial. deor. 20;

Alciphr. I 37: *Ἅπαντα ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, ὅλαις ταῖς χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη.* Cf. Valer. Flacc. VI 471 et quae ibi P. Langen in editione (Berol. 1896) adnotavit. Neque Veneris cestus deest in simulacris; v. Mueller-Wieseler, Monum. II 26. 289; cf. Helbig *Homer. Epos*[2] 211.

Hippolyte amazon cingulum possidebat, quod vires singulares praebere dicebant, Pediasim. IX 21 (Mythogr. Gr. I 256 Wagner): *Ὁ ζωστὴρ τοῦ πρωτεύειν τεκμήριον Ἀδμήτῃ τῇ Εὐρυσθέως δριμὺν ἐνέθηκεν ἔρωτα. τῶν Ἀμαζόνων Ἱππολύτῃ βασίλεια . . . ἐπὶ τοίνυν τὴν Ἱππολύτην καὶ τὸν μάχιμον Ἀμαζόνων στρατὸν διὰ τὸν Ἀδμήτης ὑπὲρ ζωστῆρος ἔρον σφοδρὸν Ἡρακλῆς ἀποστέλλεται.* Cf. Apollon. Rhod. II 779; Diodor. II 46; IV 16; Apollodor. II 5. 9; Drexler in Roscheri *Lex. myth.* I 2679. Conferas cingulum Brunhildis in Germanorum carmine, quod *Nibelungensage* inscribitur (*Nib. Not* V 587 Lachm.).

In Germanorum superstitione versipelles lupi fiunt, cum cingulum ex lupi pelle factum induunt; vide Grimm *D. M.*[4] II 916; Mogk *Grundr. d. germ. Philol.* III 272.

Sed paulum a proposito me aberravisse sentio; iam ad reliqua pergamus.

Vinculorum vim habebant etiam digiti inter se implexi eiusque similes figurae.

Numen malignum vincitur pollice presso. Plin. XXVIII 25: *Pollices premere, cum faveamus, etiam proverbio iubemur.* Idem est, quod vernacula lingua *Däumchenhalten* vocamus; cf. Horat. ep. I 18, 66: *Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum*; apud Alciphr. II 4 Glycera Menandro scribit: *Ἐν τοῖς παρασκηνίοις ἔστηκα τοὺς δακτύλους πιέζουσα, ἕως ἂν κροταλίσῃ τὸ θέατρον.* Cuius gestus vim apotropaeam Kiesslingius (adnot. ad loc. Hor.) haud ita recte a significatione obscoena duci vult; cf. A. Otto *Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer*, Lpzg. 1890, 283.

In pap. Par. (Wessely 71) v. 1052 Horos Harpocration invocatur et vinculi figura cogitur: *Κάτοχος τοῦ θεοῦ. εἰσελθόντος αὐτοῦ μετὰ τὸ χαιρετίσαι τῇ ἀριστερᾷ πτέρνῃ πάτει τὸν μέγαν δάκτυλον τοῦ δεξιοῦ ποδὸς καὶ οὐ μὴ ἀποχωρήσει· μὴ βαστάξας τὴν πτέρναν ἀπὸ τοῦ δακτύλου ἅμα εὐθὺ λέγων ἀπόλυσιν ἀπολύσεις.*[1]

[1] *απολυσις* P, corr. Wuensch

καμμύσας ἀπόλυσον τὴν ψῆφον, ἣν κρατεῖς καὶ βαστάξας τὸ στεφάνιον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς σου[1] *καὶ τὴν πτέρναν* (*πτερμαν* P, sed corr.) *ἀπὸ τοῦ δακτύλου λέγε τρὶς καμμύων κτλ.*, v. Kroll *Aberglaube* 20. In eadem papyro magus daemoni minitatur (pap. Par. 1245): *Ἔξελθε, δαῖμον, ἐπεί σε δεσμεύω δεσμοῖς ἀδαμαντίνοις ἀλύτοις καὶ παραδίδωμί σε εἰς τὸ μέλαν χάος ἐν ταῖς ἀπωλίαις.*

Iam veteribus Romanis moris erat, ut in precando digitos inter se implecterent (Plin. XXVIII 59), qui gestus ideo adhibitus esse videtur, ut daemones loco retinerentur ac cogerentur precationibus obsequi; v. Appel, De Roman. precation. 204. Quem adorandi gestum etiam Graecis notum fuisse duobus anaglyphis (*Arch. f. Rel. Wiss.* VIII (1905) 158; *Brit. school Annal.* XI p. III) demonstratur, „in quibus qui adorant sinistrae manus digitos pollice premunt“ Appel l. c. 204 adnot.

Christianorum quoque morem „iunctis manibus, digitis compressis, compositis palmis“ precandi ad eius gestus vim vincientem licebit referre, quamquam eius consuetudinis originem plane perspicere non possumus; v. C. F. Vierordt, De iunctarum in precando manuum origine indogermanica et usu in plurimos Christianos adscito, Carlsruhe 1851; Thalhofer *Handbuch der kath. Liturgik*, Frbrg. i. B. 1883, I 610; Sittl *Gebärden* 175.

Eadem ex opinione in formulis magicis etiam fabulam de Saturno ab ipso Iove filio vincto invenimus, pap. Par. v. 3097 sqq.: *Σὲ καλῶ, τὸν μέγαν ἅγιον, τὸν κτίσαντα γῆς σύμπασαν οἰκουμένην, ᾧ τὸ ἀνόμημα ἐγένετο ὑπὸ τοῦ ἰδίου τέκνου, ὃν ὁ Ἥλιος ἀδαμαντίνοις κατέδησε δεσμοῖς* (apud Dieterich *Abraxas* 79; cf. Orac. Sib. III 200, p. 58 Geffcken); pap. Par. 2326 sq.: *Ποίησον, ὃ λέγω, Ταρταροῦχε παρθένε* (Hecata), | *ἔδησα δεσμοῖς τοῖς Κρόνου τὸν σὸν πόλον.* Dieterich *Abraxas* 76 sqq.; cf. W. Köhler *Die Schlüssel des Petrus*, *Arch. f. Rel. Wiss.* VIII (1905) 237.

His denique devinctionibus addam, quod Aelian. n. a. IV 48 tradit, bovem furentem domari, si quis alterum genu vitta circumligatum gerens bestiae obierit: *Ὑπὸ θυμοῦ τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα ἐς κέρας καὶ σὺν ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ φερόμενον οὐχ ὁ βουκόλος ἐπέχει, οὐ φόβος ἀναστέλλει, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον, ἄνθρωπος δὲ ἵστησιν αὐτὸν καὶ παραλύει τῆς ὁρμῆς*

[1] Quo praescripto adductus facile credas coronis quoque vim quandam vincientem adscripsisse veteres. Cf. Marc. Emp. 33, 69 (v. supra 89).

τὸ δεξιὸν αὐτοῦ γόνυ διασφίγξας ταινίᾳ καὶ ἐντυχὼν αὐτῷ. Ut enim genu licio impediebatur, ita etiam bovis impetum eo vinculo sympathice sedari putabant.

Adiungam quod gentes superstitiosae credebant mulieres in artibus magicis versatas ventos nodorum implicationibus retinere posse et *navigantibus per eorum litora vel apud eos propter venti defectum moram contrahentibus ventum venalem* offerre atque vendere. *Globum enim de filo faciunt et diversos nodos in eo connectentes usque ad tres nodos vel plures de globo extrahi praecipiunt, secundum quod voluerint ventum habere fortiorem.* Bartholomaeus Anglicus *de proprietatibus rerum* 15, 172 apud Grimmium *D. M.*[4] I 532; Frazer *Rameau d'or* I 132.

Deinde antiqui ligationes, quibus vim prohibendi adscribebant, in medicinis usurpabant; v. Frazer *Rameau d'or* I 322 sqq.; Seligmann *Der böse Blick* I 328 sqq.

Marc. 10. 81: *Radicem cannabis brachio dextro ligato; si totum brachium cinxeris de ipsa radice melius erit; si vero partem habueris, collo suspende ligatam licio, quod in tela fuerit, et . . . statim sanguis perstringetur: cum solveris et removeris, fluet.*

Quo ex praecepto perbene perspicimus, quid de nodorum et solutorum et nexorum vi senserint.

Marc. 10. 70: *Scribes in charta virgine et collo suspendes lino rudi ligatum tribus nodis ei, qui profluvio sanguinis laborat* ψαψεψηψεψηψαψε.

Mulierum etiam mensibus nodorum nexus medetur. Theod. Prisc. ad Oct. fil. praescripsit XI *de profluvio mulieris* (p. 352 Rose): *Graminis nodos XXI*[1] *cum suis virgulis super umbilicum alligato.*

Marc. 10. 82: *Caproficum . . . colliges . . . et in pelle caprina involutum ligabis de licio, quod in tela fuerit, et ei loco adpones, unde erit sanguinis fluxio, statim cohibebitur, sive viro de naribus sive mulieri de locis verecundioribus fluat.*

Mirum remedium in Antidotario Bruxellensi I 44 (p. 376 Rose) praedicatur: *Ad profluvium a me tertio haec duo remedia experimentata: de capillis ipsius mulieris qui ei cadunt quando se ornat, facit mataxam et in medio nodum, et in arbore quacunque po-*

[1] In eis caerimoniis magicis ternario et septenario numero eiusque multiplicationibus uti solebant; cf. Fahz l. c. 20 adnot. 2; Ziehen *Bursian. Jahresber.* CXL (1908) 71 sqq.

mifera ligat de ipsis capillis unum nodum. quos capillos illic relinquit in arbore aliena. mulier manifeste sanatur, arbor autem arida fit.

Qua caerimonia morbus nodo conceptus in arborem deportatur; v. Grimm *D. M.*[4] II 979: *Wer vom kalten Fieber genesen will, gehe früh morgens zu einem alten Weidenbaum, knüpfe 3 Knoten in einen Ast und spreche dazu: goe morgen, olde, ik geef oe de kolde, goe morgen. dann kehre er um und laufe ohne sich umzusehen, eilends fort.*

Qua ratione mulieri parienti, ut facile partum edat, omnia in corpore et vestibus vincula recinguntur, eadem venter ligationibus concludi potest; quamobrem mulieri, quae saepius abortat, apud Theod. Prisc. ad Oct. fil. (p. 351 Rose) mandatur: *Lanam de ove quam lupus comederit collige ⟨et fac eam tribus sororibus lavari, carminari, pectinari et filari, et texant inde cingulum, et per novem menses ad ventrem mulier eum deportat, ita ut numquam eum in aliquo loco deponat, nec faciet abortum* [1].

Nodorum implicationibus etiam alios morbos curant, qui fluxionibus molesti fiunt, ut pituitam:

Marc. 10. 71: *Si in manu dextra duo digiti medii lino simul copulentur, statim proderit adversum pituitam et gravedinem et destillationem narium.*

Plin. XXVIII 42: *Pollex in pede praeligatus proximo digito tumores inguinum sedat, in manu dextra duo medii (digiti) lino leviter colligati destillationes et lippitudines arcent.*

Inguinum tumores nodis adhibitis sanantur:

Marc. 32. 18: *Ne inguen ex ulcere aliquo aut vulnere intumescat, surculum anethi in cingulo aut in fascia habeto ligatum. in sparto vel quocunque vinculo, quo holus aut obsonium fuerit innexum, septem nodos facies et per singulos nectens nominabis singulas anus viduas et singulas feras et in crure vel in brachio, cuius pars vulnerata fuerit, alligabis.*

Marc. 32. 21: *Inguinibus potenter medebere, si de licio septem nodos facies et ad singulos viduas nomines et supra talum eius pedis alliges, in cuius parte erunt inguina.*

Marc. 32. 50: *Inguinibus mirabile exhibet remedium a gallinacea ala ossiculum extremum cocleario terebratum nodisque septem*

[1] Quae uncis inclusa sunt, cod. Berol. *b* omisit; sed Rose ea e cod. Vatic. *a* supplevit.

licio ligatum atque ita brachio vel cruri eius partis, quae inguina habet, suspensum.

Plin. XXVIII 48: *Inguinibus medentur aliqui licium telae detractum alligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam atque ita inguini adalligantes. licio et clavum aliudve, quod quis calcaverit, alligatum ipsos iubent gerere, ne sit dolori vulnus.*

Plin. XXVIII 218: *Inguina et ex ulcerum causa intumescunt. remedio sunt equi saetae tres totidem nodis alligatae intra ulcus.*

In quartanis febribus apud Plin. XXX 101: *Urucam in linteolo ter lino circumdant totidem nodis ad singulos dicente, quare faciat, qui medebitur, limacem in pellicula vel quattuor limacum capita praecisa harundine, multipedam lana involutam, vermiculos, ex quibus tabani fiunt, antequam pennas germinent, alios e spinosis frutectis lanuginosos.*

Nec minus oculorum dolores vinciuntur. Marc. 8. 62: *Oculos cum dolere quis coeperit, ilico ei subvenies, si quot litteras nomen eius habuerit, nominans easdem, totidem nodos in rudi lino stringas et circa collum dolentis innectas.*

Ad capitis dolorem in Antidot. Brux. II 64 (p. 380 Rose): *Papyrum tenes in manibus tuis et nominas septem viduas, quas nosti, et facis septem nodos in eo, et in fronte ligabis.*

Pedibus luxatis remedium praebent Hippiatr. p. 37 c. 203: *Ἱρὸς θλάσμα ἐν ποδί. λαβὼν κάνναβιν ποίησον κόμβους τρεῖς ἐπὶ ἑκάστου κόμβου λέγων . . . καὶ μετὰ τὸ δῆσαι τὰς τρεῖς δήσεις, περιτιθεὶς τὸ μεσοκύνιον τοῦ ζῴου, πάλιν ἀποδεσμῶν ἁπλαῖς δέσεσι γ′ ταῦτα ἐπιλέγων καὶ τότε κόψας μαχαίρᾳ ῥίπτε χαμαί.* Heim, Incant. 484. Apud Babylonios pellis caprina septem nodis alligata in remediis habetur; v. Jastrow *Die Religion Babyloniens u. Assyriens* I 346.

Deinde anulus in digito portatus morbis mederi videtur; nam cum in anulo impedimentum et vinculum antiqui viderent, praecepto anuli gerendi daemonem, qui aegritudinem inflixerat, se vincire putabant, quod clare elucet ex Marcelli remedio 29. 23[1]: *Anulus de auro texta tunica fit exusta, cui insculpitur vice gemmae piscis aut delphinus, sic ut holochrysus sit et habeat*

[1] Cf. Siebourg *Bonner Jahrb.* CVIII (1909) 165.

in ambitu rutunditatis utriusque, id est interius et exterius Graecis litteris scriptum: Θεὸς κελεύει μὴ κύειν κόλον πόνους. observandum autem erit ut, si in latere sinistro dolor fuerit, in manu sinistra habeatur anulus, aut in dextra, si dextrum latus dolebit; luna autem decrescente die Iovis primum in usum habendus erit anulus; cf. Alex. Trall. VIII 2 p. 377: *Περὶ κωλικῆς διαθέσεως. εἰς λίθον Μηδικὸν Ἡρακλέα ὀρθὸν πνίγοντα λέοντα καὶ ἐγκλείσας εἰς δακτυλίδιον χρυσοῦν διδοῦ φορεῖν*, et ibidem: *λαβὼν δακτύλιον σιδηροῦν ποίησον γενέσθαι τὸ κρικέλλιον αὐτοῦ ὀκτάγωνον καὶ οὕτως ἐπίγραφε εἰς τὸ ὀκτάγωνον „φεῦγε, φεῦγε, ἰοῦ χολή, ὁ κορύδαλος ἐζήτει“* [1].

Medicinae deinde anulis inclusae portandae commendantur. Alex. Trall. XI c. 2 (II 475): *Περὶ φλεγμόνης τῆς ἐν νεφροῖς· λαβὼν χαλκὸν Νικαϊνὸν ἢ Κύπρινον περὶ τὸ συνόλον μὴ συνομιλήσαντα τὸν ἐν αὐτῷ μετάλλῳ τοῦ χαλκοῦ εὑρισκόμενον. ποίησον γενέσθαι ὡς ψηφίδα, ὥστε φανῆναι ἐν δακτυλίῳ καὶ γλύψας ἐπ' αὐτῆς λέοντα καὶ σελήνην καὶ ἀστέρα· κύκλῳ τούτου γράψον τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου καὶ ἐγκλείσας χρυσῷ δακτυλίῳ φόρει παρὰ τῷ μικρῷ ἢ ἰατρικῷ δακτύλῳ.*

Democritus morsus scorpionis sanari docet, si locus vulnere affectus anulo argenteo obsignetur, Geop. XIII 9, 2: *Τὴν δὲ ἀπὸ σκορπίου πληγὴν θεραπεύσας ἀργυρῷ δακτυλιδίῳ τὸν τόπον σφραγίζων*; cf. M. Siebourg *Ein gnostisches Goldamulett aus Gellep, Bonner Jahrb.* CIII (1908) 130. De anulorum magicorum apud gnosticos usu cf. Dieterich *Abraxas* 151.

Itaque cum medicinarum virtutes nodis augerentur, ipsos quoque nodos in remediis habebant antiqui. Plin. XXVIII 99: *Quin immo totius domus concordiam eodem genitali et articulo spinae cum adhaerente corio adservatis constare. hinc spinae articulum scite nodum Atlantion vocant; est autem primus. In comitialium quoque remediis habent eum.*

Ad vulnera sananda aptissimus erat nodus Herculeus [2], ut

---

[1] Quae lectio corrupta esse videtur ex *σε ζητεῖ*.

[2] Caerimonias sanandi sub Herculis praesidio esse docet Pausanias IX 24, 3, qui templum Herculis commemorat: *Ἐν Ὑήττῳ δὲ ναός ἐστιν Ἡρακλέους καὶ ἰάματα εὑρεσθαι παρὰ τούτου τοῖς κάμνουσιν ἔστιν*, v. Gruppe *Griech. Myth.* 454. Ille nexus qua de causa Herculeus appelletur et qua ratione cum Hercule cohaereat non apparet. J. Peter in Roscheri *Lex.*

Plin. XXVIII 64 refert: *Vulnera nodo Herculis praeligare mirum quantum ocior medicina est, atque etiam cottidiani cinctus tali nodo vim quandam habere utilem dicuntur, quippe cum Herculaneum prodiderit numerum quoque quaternarium Demetrius condito volumine et quare quaterni cyathi sextariive non essent potandi.*

Qui nodus Herculeus laqueis obscuris neque facile solvendis excellebat, qui si quis recingebat firmius contrahebantur. De hoc nodo copiose egit L. Stephani *Erklärung einiger 1878/79 im südl. Russland gefundener Kunstwerke, Compte rendu de la commission archéol., Petersburg* 1880, 32 sqq.

De difficultate in nodo Herculeo solvendo testes habemus hos. Oribasius de laqueis (Collect. med. XLVIII 8 Bussemaker) eum sic descripsit: *Ἤ πως πλέκεται Ἡρακλειωτικὸν ἄμμα; ἕνεκα τοῦ Ἡρακλειωτικοῦ ἄμματος καιρία προσλαμβάνεται καὶ γίνεται ἐκ τῆς καιρίας δύο ἄμματα ἀπὸ ἀλλήλων διεστῶτα· ἐντεῦθεν παρακύπτει τὸ Ἡρακλειωτικὸν ἄμμα, παρὰ ἑκάτερα ὅπου μὲν ἀγκύλη μία, ὅπου δὲ ἀρχαὶ δύο. ἔστι δὲ ἰσότονα ὁ βρόχος οὗτος. εἰ δέ τις τὴν ἀντικειμένην ταῖς ἀρχαῖς ἀγκύλην μέσην διακόψειεν, εὑρήσει γεγονότα τὸν λύκον.* Apostolius proverb. VIII 64a: *Ἡράκλειον ἄμμα ἐπὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ ἰσχυροῦ δεσμοῦ λέγεται.* Sen. ep. 87. 38: *Unus tibi nodus sed Herculaneus restat.* Cornutus c. 16 loquitur de *ἄμματι δυσλύτῳ*. A. Otto *Die Sprichwörter u. sprichwörtl. Redensarten der Römer* 162.

Antiqui eum nodum pro vinculo artissimo habebant; cf. Circae nodum, quo cista Ulixis conclusa erat, Od. VIII 443.

Apud Athenag. legat. pro Christ. cap. XX (Geffcken *Zwei griech. Apolog.* 136. 201) Iuppiter Rheam nodo Herculaneo vinciebat: *Τὴν μητέρα Ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε, δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ Ἡρακλειωτικῷ ἄμματι ἐμίγη (τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος).*

Mercurii caduceus, quem virgulam quasi divinam esse

---

myth. I 2260 illum eam ob rem eo nomine significari docet, quod Herculem in deis coniugalibus habuerint Romani, cui coniugis genio etiam Iunonem a Iove in matrimonium dari monumenta demonstrent. Aliter A. Roßbach *röm. Ehe* 278 nodo Herculeo praebiorum instar veteres uti solitos esse existimabat, quo novam nuptam a malo aspectu tuerentur, quam ad opinionem accedit etiam Marquardt *Privataltert.* 42.

veteres putabant (Arrian. Epict. diss. III 20. 12; Cic. off. I 44; Od. XXIV 2; Dieterich *Abraxas* 65 sqq.), eo nodo ornatus erat. Macrob. sat. I 19. 16: *In Mercurio solem coli etiam ex caduceo claret, quod Aegyptii in specie draconum maris et feminae coniunctorum figuraverunt Mercurio consecrandum. hi dracones parte media voluminis sui in vicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur primaeque partes eorum reflexae in circulum pressis osculis ambitum circuli iungunt.*

Nodus autem Herculeus, qui ligulis mire innexis cohaerebat, metum arcani quasi cuiusdam hominibus superstitiosis iniecit. Quam ob rem vis ei quaedam averrunca videbatur inesse. Quo factum esse verisimile est, ut cingulum, quo nova nupta cincta erat, in nodum Herculeum innecteretur, qui amuletum esset ad aspectus maligni effascinationes arcendas, quibus virginem sponsam valde expositam esse putabant antiqui. Fest. 63 M.: *Cingulum* (*novae nuptae*) *Herculaneo nodo vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit.* Gruppe *Griech. Myth.* 454 adnot. 5; Marquardt *Staatsverw.* III 105; Peter in Roscheri *Lex. myth.* I 2260.

Eodem autem modo ac nova nupta, quasi numini se spopondissent, virgines Vestales indutae erant, quarum tunica recta cingulo ex lana ovis facto continetur, quod nodo Herculeo, ut Stephani (*Compte rendu* 1880, 30 sqq.) ex monumentis cognovit, vincitur; v. H. Jordan *Der Tempel der Vesta und das Haus der Vestalinnen*, Berl. 1886, p. VIII, IX, X; H. Dragendorff, *Die Amtstracht der Vestalinnen*, Rh. M. LI (1896) 281 sqq.; Vogel in Roscheri *Lex. myth.* II 591.

Cum autem veteres ei nodo amuleti virtutem adscriberent, multis in rebus, quae usui cotidiano serviebant, adhibuerunt. Athen. XI p. 469 C: *Σκύφον Ἡρακλειωτικόν* commemorat et descripsit ea Heracleotica pocula sive Boeotica XI p. 500 A: *Ὕστερον δὲ κατὰ μίμησιν εἰργάσαντο κεραμέους τε καὶ ἀργυροῦς σκύφους. ὧν πρῶτοι μὲν ἐγένοντο καὶ κλέος ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι λεγόμενοι, χρησαμένου κατὰ τὰς στρατείας πρώτου Ἡρακλέους τῷ γένει. διὸ καὶ Ἡρακλεωτικοὶ πρός τινων καλοῦνται· ἔχουσι μέντοι πρὸς τοὺς ἄλλους διαφοράν. ἔπεστι γὰρ τῶν ὤτων αὐτοῖς ὁ λεγόμενος Ἡράκλειος δεσμός.*

Quae Athenaeus de poculis, quorum ansae in nodum Herculeum tortae erant, enarravit, optime confirmantur reliquiis, quae in sepulcris praecipue inventae sunt, velut cyathi: Stephani l. s. n. 39, 40, 47—52, 56—59; vasa: p. 38 sqq. Lucernae eo nodo ornantur: n. 6; cf. Stephani *Compte rendu* 1871, 24.

Ornamenta deinde nodi Herculei formam habent: anuli: n. 3, 30, 31; cf. p. 76 sqq.; torques: p. 36 n. 17, 19, p. 48 sqq.; fibulae: n. 33; inaures: n. 34; cf. Daremberg-Saglio *Diction.* IV 87 sqq.; P. Wolters *Zu griech. Agonen, 30. Progr. des Museums der Univ. Würzburg* 1901, 7 sqq.

Cum autem in ornamentis inprimis phylacteria adhibeantur[1], non dubito, quin etiam nodo Herculeo ita antiqui usi sint.

Praeter nodum Herculeum fama clarissimus erat nodus Gordius, quem recingere difficillimum fuisse auctores tradunt et qui artissime cum Gordii oppidi non modo fortuna, sed totius regni Phrygii cohaerebat. Plut. vit. Al. 18: *Καὶ Γόρδιον πόλιν, ἑστίαν Μίδου τοῦ παλαιοῦ γενέσθαι λεγομένην, παραλαβὼν τὴν θρυλουμένην ἅμαξαν εἶδε φλοιῷ κρανίας ἐνδεδεμένην, καὶ λόγον ἐπ' αὐτῇ πιστευόμενον ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἤκουσεν, ὡς τῷ λύσαντι τὸν δεσμὸν εἵμαρται βασιλεῖ γενέσθαι τῆς οἰκουμένης. οἱ μὲν οὖν πολλοί φασιν, τῶν δεσμῶν τυφλὰς ἐχόντων τὰς ἀρχὰς καὶ δι' ἀλλήλων πολλάκις σκολιοῖς ἐλίγμοις ὑποφερομένων, τὸν Ἀλέξανδρον ἀμηχανοῦντα λῦσαι διατεμεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὸ σύναμμα καὶ πολλὰς ἐξ αὐτοῦ κοπέντος ἀρχὰς φανῆναι. Ἀριστόβουλος δὲ καὶ πάνυ λέγει ῥαδίαν αὐτῷ τὴν λύσιν γενέσθαι ἐξελόντι τοῦ ῥυμοῦ τὸν ἔστορα καλούμενον, ᾧ συνείχετο τὸ ζυγόδεσμον, εἶθ' οὕτως ὑφελκύσαντι τὸν ζυγόν.* Arrian. anab. II 3; Curtius de reb. gest. Al. III 2; Iustin. hist. XI 7; Schol. ad Eurip. Hippolyt. 671; Suidas s. v. *κάθαμμα λύεις*; Zenob. proverb. IV 46; Stephani l. c. 47 sqq.; Daremberg-Saglio s. v. *nodus*; Gruppe *Griech. Myth.* 454 adnot. 5; Frazer *Rameau d'or* I 330.

Itaque etiam licia in nodum nexa amuletorum loco portabant antiqui, quamquam etiam facile fieri potuit, ut licio ipso locum quendam circumscribere vellent, ad quem velut sacrum

[1] Cf. amuleta phallica: Kropatscheck, De amulet. 37, *Römisch-Germanisches Korrespondenzblatt* II (1909) 24 sqq.; Wolters *Bonner Jahrb.* 108 (1910) 257 sqq.

nihil accedere debebat profanum; cf. *Wien. Stud.* XXIV (1902) 122; Nilsson *Griech. Feste* 347; Liebrecht *Der hegende Faden, Volksk.* 305; Zachariae *Wiener Zeitschr. f. d. Kunde d. Morgenlandes* XVII (1903) 216, 221; v. Poll. VIII 141; Bekker, Anecdot. I 273; cf. Seligmann *Der böse Blick* II 228 sq.

Apud Romanos pueri humili loco nati ab ingenuis nobilibusque, qui praebia bulla aurea includebant, eo differebant, quod bullam loream usque ad pubertatem portabant. Iuv. V 163:

> Quis enim tam nudus, ut illum
> bis ferat, Etruscum puero si contigit aurum
> vel nodus tantum et signum de paupere loro?[1]

Jahn *Aberglaube d. bösen Blicks* 44 adnot. 53; Marquardt *Privataltert.*[2] I 82.

Patres ecclesiae superstitionem antiquorum infantes nodis et liciis a fascinatione tuentium aegre ferebant et eam magiam vanam esse ut demonstrarent, enixe operam dabant. Ioann. Chrysost. (in epist. ad Cor. homil. XII 7; MiPG LXI 105) commemorat *τὰ περίαπτα καὶ τοὺς κώδωνας τοὺς τῆς χειρὸς ἐξηρτημένους καὶ τὸν κόκκινον στήμονα καὶ τὰ ἄλλα τὰ πολλῆς ἀνοίας γέμοντα . . . κρόκη δὲ καὶ στήμων καὶ τὰ ἄλλα περιάμματα τὰ τοιαῦτα παιδίου ἐμπιστεύονται τὴν ἀσφάλειαν.* Similia amolimenta memorantur in Basilii scholiis ad Gregor. Nazianz. (MiPG XXXVI 907): *Περιάμματα τὰ κατὰ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς αὐχένας, κλωσμάτιά τινα βεβαμμένα καὶ σελήνια*[2] *μηνίσκων χρύσεα καὶ ἀργύρεα καὶ τῆς εὐτελεστέρας ὕλης, τὰ ὑπὸ γραϊδίων τοῖς βρέφεσι ἐπιδεσμούμενα. ἐπάσματα δὲ τὰ ὑπὸ τῶν αὐτῶν τοῖς νηπίοις ἐπᾳδόμενα, ἐπιψιθυριζουσῶν εἰς ἀποτροπιασμὸν καὶ ἅμα ταῖς γλώσσαις ἐπιλιχμασσουσῶν τὰ μέτωπα καὶ ἀποπτυουσῶν μετὰ τοῦ φυσᾶν ἑκατέρωθεν.* Ceterum conferas, quod Hemsterhusius ad scholia Aristoph. Plut. 590 p. 190e adnotavit: *Περιάμματα τὰ κατὰ τοὺς τραχήλους καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας βεβαμμένα κλωσμάτια*; cf. P. Wolters, *Arch. f. Rel.-Wiss.* VIII (1905) *Beiheft* 1 sqq.; G. Hock *Griech. Weihebräuche*, diss. München 1905, 17.

---

[1] De ea re agit R. Wünsch in Hastingii *Dictionary* s. v. *Charms and amulets, Roman part.*

[2] Cf. Plaut. Epidic. V 1, 33 (639): *Non meministi me auream ad te adferre natali die | lunulam atque anellum aureolum in digitum.*

Consuetudo autem antiquorum licia et nodos amuleti loco portantium illustratur eo more, qui apud Graecos horum quoque temporum in usu est quemque Polites (in annalibus Atheniensibus Ἑστία XV (1883) 190 et Ἀσωπίου Ἀττικοῦ Ἡμερολόγιον 1896, 168) cum illo comparavit. Graeci enim adhuc infantibus licia rubra aut varii coloris ad manuum artus, ad pedes, circa collum alligant, ut a solis aestu tueantur. Quae fasciae cum mense Martio gerantur, *Μάρτις* hic usus nominatur. Licium autem deinde in animal quoddam transferri iubetur, qua caerimonia etiam aegritudinem eius in corpus transire putabant, Frazer *The golden bough* III 27; B. Schmidt *Volksleben der Neugriechen* 81.

Qui liciorum usus non solum apud Graecos extat, sed apud multas gentes invenitur, apud Macedones (Abott *Macedonian folk-lore* 19), apud Rumaenos (W. Derblich *Land und Leute der Wallachei* 164), apud Russos (Frazer *Rameau d'or* I 326), apud Germanos (Jahn *Ber. sächs. Ges.* 1855, 40 sqq.) alios, Hock *Weihebräuche* 118.

Quae opinio cum late diffusa esset, haud mirum est, quod etiam in rebus sacris apparet. Consuerunt enim mystae Eleusinii liciorum amuleta in manibus et pedibus gestare; v. Bekkeri Anecdota I 273: *Κροκοῦν· οἱ μύσται κρόκῃ καταδοῦνται τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα καὶ τοῦτο λέγεται κροκοῦν.* Photius lex. s. v.: *Οἱ μύσται ὥς φασι κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται· καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν. οἱ δὲ ὅτι ἔνιοτε κρόκῳ καθαίρονται.* Vide Mommsen *Feste der Stadt Athen* 228, 275; Wolters l. c. 22; Hock *Weihebräuche* 124.

Qui nodorum inter amuleta usus demonstratur antiquorum monumentis et tabulis pictis; v. Furtwängler *Griech. Vasenmalerei* tab. 56, 4—6, p. 282.

Wolters l. s. 1 sqq. exempla contulit, in quibus licium nodo vinctum nulla alia causa, nisi ut amuleti loco esset, corpori alligatum est, ad manuum artus (p. 4), ad pedum talos (p. 7), in femore (p. 8), circa pectus (p. 11), ad collum (p. 12), in capite (p. 14); v. Hock *Weihebräuche* 118 sqq.

Vitta intorta etiam commemoratur in papyro Parisina

p. 78 v. 1335: *Ἔχων φυλακτήριον τῶν αὐτῶν ζῴων τρίχας πλοκίσας σείραν ἥνπερ ὡς διάδημα φόρει περὶ τὴν κεφαλήν.*

Aug. doctr. christian. II 20 (MiPL XXXIV 50): *Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturae atque remedia, quae medicorum quoque medicina condemnat, sive in praecantationibus sive in quibusdam notis, quas characteres*[1] *vocant, sive in quibusque rebus suspendendis et illigandis vel etiam aptandis quodam modo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas aut manifestas*; v. Boese, Superst. Arelat. 71[2].

Licia denique nodosa, quibus Hockius (l. l. 38 sq.) maiorem vim sacram tribuit, in symbolis votivis adhibita esse videntur, velut in vasis saepe depicta sunt dependentia, etiam in umbilico Delphico talia conspiciuntur, *Bull. corresp. hell.* 1900, 259.

---

[1] Cf. Dieterich *ABC Denkmäler*, Rh. M. LVI (1901) 77 sqq.

[2] Ab Aegyptiis nodos amuletorum loco adhibitos esse F. W. v. Bissing *Aegyptische Knotenamulette*, *Arch. f. Rel. Wiss.* VIII (1905) *Beiheft* 32 sqq. docet, qui multa Aegyptiorum amuleta licia in nodos complicata significare exposuit, quorum insignia etiam in hieroglyphorum scripturam recepta esse demonstravit. In amuletis Aegyptii anulos quoque habebant, sub quibus nihil aliud nisi nodum circa digitum vinctum intellexerunt; v. Bissing l. c. 25; cf. Jastrow *Relig. Babylon. u. Assyriens* I 376. Nodorum autem Aegyptiacorum notissimus erat, quem Isidis nominabant; cf. Erman *Die ägypt. Religion* 161 sq.; Bissing l. c. 26.

CAPVT TERTIVM

Quid Christiani de vinculis cogitaverint

Reliquum est, ut paucis commemorem, quomodo Christiani de vinculis et nodis iudicaverint.

In baptismatis enim Christiani ritibus praescriptum invenimus, ut baptizandi omnia a corpore vincula removerent, ea suspicione, ne quid alienum secum in aquam sumerent; Canon. Hippolyt. XIX 115 (p. 94 Achelis): *Mulieres deponant ornamenta et aurea et cetera, solvant crinium nodos, ne cum illis descendat in aquam regenerationis quidquam peregrinum de spiritibus peregrinis.*

Idem praeceptum exhibet rit. eccl. Aegyptiacae: *Deinde viros adultos baptizatis, postremo mulieres, postquam omnes crines solverunt et ornamentum aureum et argenteum, quo utuntur, deposuerunt: ne sinas quemquam rem alienam secum in aquam ferre* (ed. F. X. Funk, Didascalia et constitutiones Apostolorum II (1905) 109 cap. XVI 6; Achelis 95).

In hac quoque caerimonia anulos ponere fas esse comperimus ex Testamento Syrio Domini nostri Jesu Christi (ed. E. Rahmanis, Moguntiae 1899, 127): *Mulieres dum baptizantur, solvant comam . . . cum post responsum descendunt baptizandi in aquas. videat episcopus, ne quis vir gerat annulum vel mulier ornamentum auro confectum. (si) quidem nemini fas est, quicquid alienum in corpore habere, dum in aquis est, sed quod habet, tradat iis, qui prope sunt.*

In abrenuntiationis et exorzisationis actione sacerdos

catechumeni cingulum solvit: *Καὶ ἀποδυομένου καὶ ὑπολυομένου τοῦ βαπτιζομένου ἐπιστρέφει αὐτὸν ὁ ἱερεὺς ἐπὶ δυσμάς*, J. Goar, Euchologion Venet.[2] 1730 p. 277; ibidem 281: *Λέγει ὁ ἀρχιεπίσκοπος τοῖς κατηχουμένοις· στῆτε μετὰ φόβου καὶ σφραγίσασθε, ἀποδύσασθε καὶ ἀπολύσασθε*; Symeon. Thessalon. (*π. τῶν ἱερῶν τελετῶν* c. 62 MiPG 155 p. 213) apud Goarium 284: *Ἀπολύει τῆς ζώνης* (scil. *ὁ ἱερεύς*) *καὶ ἀποδύει τὸν κατηχούμενον.*

Apud Dionys. Areop. de eccl. hier. II 2, 6; 3, 5 sacerdos *ὑπολύει μὲν αὐτὸν* (baptizandum); v. Anrich *Mysterienwesen* 200; Dölger *Exorzismus im Taufritual* 112.

Quid autem sub ea re, quam dicunt alienam, intellexerint, ex Hippolyti canonibus discimus, qui hoc praecepto impedire volunt, *ne cum illis descendat in aquam regenerationis quidquam peregrinum de spiritibus peregrinis.*

Illis enim temporibus timebant, ne nodis daemones maligni retinerentur aut in ornamentis etsi minimis se abderent, qui actionem sacram vanam reddere possent; v. Dölger *Exorzismus* 112. Qua de causa baptizandi et crinium nodos solvere et anulos et ornamenta deponere debebant, quae res daemonum operae adscribuntur in eo quoque libro, qui *Henoch* inscribitur (CSG VIII 1 ed. J. Flemming et L. Radermacher, 1901, p. 26, 11 sqq.).

Index rerum et nominum notabilium

Achilles p. 9, 15
actiones magicae 40 sqq., 82 sqq.
Adonis 31, 74
adoratio 2, 26, 48
Aesculapius 28, 70, 96
Aiax 25
αἴρεσθαι 46
Alcmene 81
Alcyoneus 44
Alexander 15
Ambarvalia 58, 67
Amburbale 68
Amphidromia 14
amuletum 56, 94, 106, 107 sqq.
Antaeus 44
anulus 70, 84, 85 sqq., 92 sqq.. 103, 110, 111
Apollo 14, 25
Aquaelicium 29, 70
aratrum circumductum 57
Artemis 78
aspectus malignus 54, 106
Astarte 6, 7
Attis 74
Auge 21

Bacchae 73, 74
baptisma Christianum 13, 47, 64 sqq., 111
Baubo 62

Caduceus Mercurii 105
Calathi pompa 30
camilli 10
Carmenta 25
Cassandra 22, 33, 72
Ceres 30, 57, 62, 63
chori sacri 15, 17
cingulum 78, 79, 80, 98 sqq., 106, 112
coitus sacri 16, 57
collocatio 31
comoediae Atticae primordia 61
corona 99
cunnus 56
Cybele 30, 74

Daemones 3, 4, 87, 93, 95, 99, 112
— fecunditatis 6, 7, 58, 61
Δάκτυλοι Ἰδαῖοι 59
defixio 87 sqq.
Deiphobe 72
devotio 22
Diana (Cretensis) 25
Dido 48
digiti innexi 69, 80, 100
digitus medius 56, 84
Dionysus 58, 61, 62, 94
divinatio 42

Effigies magicae 40, 43, 87 sqq.
ἐκφορά 20
Euander 17 sqq.
exorcismus 64, 90

Fascinatio 2, 56, 106
Faunus 17 sqq., 70
ferrum 94
flamen Dialis 56, 75
Floralia 59 sqq.
furtorum quaestio 10

Galinthias 81
gestus obscoenus 3, 53 sqq.
Gordius nodus 107
Gyges 97
Gymnopaedia 14, 15

Harpocration 99
hedera 75 sq.
Hercules 81, -is nodus 104 sqq.
Hermotimus 21
Hippolyte 99

Idola insularum 19
Ilithyia 79 sqq.

imagines deorum 95
incubatio 12, 28, 70
infantes humi positi 47
insania sacra 22, 73
ioci impudici 59
Iphigenia 9
Isidas 22
Isis 12, 17, 26, 96, 110
Iudaei 26, 31, 55, 86
Iuno Lucina 76

Leges sacrae 24, 70
Lemuria 27
Lesbonicae nuptiae 10
Liberalia 63
ligulam ligare 89
limus 10
litania 67 sq.
loca sacra 23, 56, 70, 75
lugentium habitus 31 sqq., 75
lunae defectus 42
Lupercalia 17 sqq.
lustratio 3, 4, 12, 14, 16, 66
Lycurgus 16

Maenades 22, 34, 73
Magna Mater 30, 74
Medea 40 sq., 82
medicina popularis 45, 47, 49 sqq., 84, 94, 101 sqq.
Mercurius 58
mimus 61
Mithras 13
mortui humi positi 46
mysteria 12, 13, 28, 64, 67
— Eleusinia 61, 62, 109

Nodus 4, 23, 69 sqq.
Nudipedalia 29

Oraculum v. vates
Orphica 13

Partus 14, 77 sqq., 96, 102
pes unus denudatus 48
phallus 21, 26, 57, 58, 62
Pluto Nysaeus 12
pocula Heracleotica 106
pollex pressus 99
pompae sacrae 14, 17, 29 sq., 57, 67
Polyxena 9, 33
precationes 11, 27, 100
Priapus 7, 58
πρόθεσις 20
prostitutio sacra 16
psychomantia 42
puer incantatus 43
— investis 51 sqq.
Pythagorei 23, 26, 55, 85
Pythia 71

Res rusticae 51, 57, 83

Sacerdos 17, 27, 71, 76
sacrificium 8, 23, 26, 27, 71
Salomon 97
Saturnus a Iove vinctus 100
satyri 61
scortea impura 23 sqq.
serpentium veneratio 8
simulacra in sepulcris condita 20
solis veneratio 55
supplicatio 17, 29, 67, 70
sympathia 82

Tabu 4
tempestates avertuntur 54
terrae vires arcanae 28, 44 sqq.
Thesmophoria 63
transfiguratio 35 sqq.
Trophonius 12

Vates 21, 27, 33, 71 sqq., 74
vasa apud Dipylon reperta 20
versipellis 36 sqq., 99
Vestales virgines 106
Vestalia 20
vestes impurae 3, 9, 17
„ vincula 4, 21
virgines Locrenses 25
urucae 51 sqq., 83

Ζεὺς Λύκαιος 18, 37

Die Götter des Martianus Capella und der Bronzeleber von Piacenza

III. Band 1. Heft

von

1906. 96 S. **Carl Thulin** ℳ 2.80

Martianus Capella de nupt. Merc. et Philol. I § 41—61 gibt eine Liste von Göttern, die von Jupiter aus den sechzehn Regionen des Himmels zusammengebeten werden. Der Verf. tritt in Anknüpfung an ältere Literatur den Nachweis an, daß dieses Verzeichnis eine Vereinigung astrologischer Elemente mit einer alten Liste etruskischer Götter ist. Für den etruskischen Teil ist der Hauptzeuge eine in der Bibliothek von Piacenza befindliche Leber aus Bronze, mit Regioneneinteilung und eingeschriebenen etruskischen Götternamen: diese Inschriften und die Namen bei Martian erklären sich gegenseitig. Als Autor, der dem Martian die etruskisch-astrologische Weisheit vermittelt habe, wird Nigidius Figulus angesprochen.

De stellarum appellatione et religione Romana

III. Band 2. Heft

scripsit

1907. 164 S. **Guilelmus Gundel** ℳ 4.40

Der Verf. will die Vorstellungen der Römer von den Sternen schildern. Es werden zunächst die Stern-Namen behandelt, dann die literarischen und monumentalen Zeugnisse für den römischen Gestirnglauben. Ausgewählt sind solche Sterne, deren Kenntnis sich schon vor dem Eindringen des griechischen Einflusses nachweisen läßt, oder die, wenn auch erst durch die Griechen eingeführt, von Bedeutung für die römischen Anschauungen geworden sind. So werden besprochen in Kap. I die einzelnen Sterne Lucifer, Vesper, Canicula, Arcturus; in Kap. II die Sternbilder Septentriones, Iugulae, Vergiliae, Suculae; in Kap. III die verwandten Himmelserscheinungen Stellae cadentes, Stellae crinitae, Via lactea.

Griechische und süditalienische Gebete, Beschwörungen und Rezepte des Mittelalters

III. Band 3. Heft

herausgegeben von

1907. 159 S. **Fritz Pradel** ℳ 4.—

Im Jahre 1895 hatte W. Kroll aus einer in Rom und einer in Venedig liegenden Handschrift mittelalterliche Texte abgeschrieben, die zur Vertreibung von Dämonen, zur Heilung von Mensch oder Vieh, und ähnlichen Dingen gut sein sollten. Der Sprache nach waren diese Exorzismen teils spätgriechisch, teils italienisch in griechischer Transkription. W. Kroll hat diese Texte an Fr. Pradel zur Bearbeitung überlassen: dieser legt sie hier in einer Ausgabe vor und erläutert sie in einem besonderen Kommentar. Die einzelnen Abschnitte der Erklärung sind betitelt: Von den Nöten, von den Nothelfern, Populärmedizinisches, Magische Gebräuche. Die Arbeit will an einem konkreten Beispiel zeigen, in welchen Anschauungskreisen derartige, stellenweise noch heute verwandte Formeln wurzeln.

Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus

IV. Band 1. Heft

scripsit

1907. 78 S. **Henricus Schmidt** ℳ 2.—

Die Absicht des Verfassers wird durch den Titel gegeben: in doxographischer Weise werden die Aussprüche der Philosophen von Heraklit bis Simplicius zusammengestellt, die von dem Werte des Gebets und der rechten Art zu beten handeln. Auch wird versucht, die Geschichte dieser Ansichten aus der Entwicklung der antiken Philosophie zu verstehn. Am Schlusse werden in einem Supplementum anhangsweise diejenigen Stellen der philosophischen Literatur gesammelt, die von „lautem und leisem Beten" handeln; zugleich ist dies ein Nachtrag zu dem so überschriebenen Aufsatz von S. Sudhaus im ARW IX (1906).

IV. Band
2. Heft

Die Apologie des Apuleius von Madaura und die antike Zauberei

von

1908. 278 S. **Adam Abt** ℳ 7.50

Die Arbeit will eine Erklärung der auf Zauber bezüglichen Stellen der Schrift des Apuleius de magia liefern. Die vor nunmehr 65 Jahren erschienene kommentierte Ausgabe Hildebrands kann heute nicht mehr als erschöpfend angesehen werden, da wir erst nach ihrem Erscheinen einen wirklichen Einblick in die antike Zauberpraxis gewonnen haben durch die Auffindung und Veröffentlichung der griechischen Zauberpapyri und der Fluchtafeln. Da die Apologie manches bietet, das uns sonst nur spärlich bezeugt ist, so kann durch eine eingehende Auslegung der einzelnen Apuleiusstelle diese auch nutzbar gemacht werden für die Erkenntnis des Zauberglaubens überhaupt, und besonders im 2. Jahrh. n. Chr.

IV. Band
3. Heft

De iuris sacri interpretibus Atticis

scripsit

1908. 64 S. **Philippus Ehrmann** ℳ 1.80

Die attischen Exegeten, die Ausleger des hl. Rechts, waren seither nur gelegentlich, meist im Anschluß an Inschriften, behandelt worden. Der Verf. will durch Vereinigung der inschriftlichen und literarischen Überlieferung ein vollständigeres Bild dieser Institution geben, der äußeren Einrichtung des Amtes wie auch der Befugnisse seiner Träger. Dabei hat sich als neues Ergebnis durch Heranziehung der delphischen Inschriften herausgestellt, daß wir im Grunde nur zwei Gruppen von attischen Exegeten zu unterscheiden haben, die aus dem Geschlecht der Eupatriden und Eumolpiden. Am Schlusse der Arbeit werden noch die exegetischen Schriftsteller zusammengestellt, die man nun wohl als wirkliche Exegeten ansprechen darf, und die übrigen Bedeutungen des Wortes kurz erörtert.

V. Band

Der Reliquienkult im Altertum

von

Friedrich Pfister

Erster Halbband: Das Objekt des Reliquienkultes

1909. 411 S. ℳ 14.—

Im 1. Halbband, der das Objekt des Reliquienkultes darstellt, werden zunächst die Heroengräber behandelt sowie die Typen der Legenden, die das Dasein der Reliquien der als einheimisch oder fremd geltenden Heroen erklären. Daran reiht sich eine Besprechung besonders erwähnenswerter Arten von Heroengräbern und der sonstigen Reliquien sowie Erinnerungsstätten aus der Heroenzeit. Dabei wird überall besonders den Fragen nachgegangen, in welchem Verhältnis der Kult zur Legende steht (Bodenständigkeitsgesetz), in welchen typischen Formen die Legenden sich bewegen, und wie sich der Glaube der Griechen an die einstige Existenz der Heroen zu den Ergebnissen der historischen Kritik verhält. Durchweg wird auf parallele Erscheinungen des christlichen Heiligenkultes hingewiesen. — Der 2. Halbband soll enthalten: 1) Die Reliquien als Kultobjekt. 2) Die Geschichte des Reliquienkultes.

VI. Band

Die kultische Keuschheit im Altertum

von

1910. 260 S. **Eugen Fehrle** ℳ 8.50

Der Verf. führt die kultische Keuschheit auf zwei Hauptgründe zurück: 1. Wer mit einem Gott in Liebesverkehr steht, muß frei sein von Liebe zu Menschen, daher jungfräuliche Priesterinnen, Prophetinnen, Nonnen, jungfr. Empfängnis und jungfr. Mütter, 2. Geschlechtlicher Verkehr gilt als befleckend. Religiöse Befleckung geht zurück auf schädliche Wirkungen böser Dämonen. Vor ihnen muß man sich hüten. ἁζεσθαι ἁγνεία ist verwandt mit Tabu. Aus diesen Vorstellungen entsteht die Ansicht, Keuschheit verleihe dämonische Macht (bei Zauber, bes. Fruchtbarkeitsriten; Der Arme Heinrich, Brunhilde, Gralsage). Drum ist sie oft für den Priester als einen δαιμόνιος ἀνήρ vorgeschrieben. Der zweite Teil gibt die Keuschheitsvorschriften bei Griechen und Römern (darin ausführliche Behandlung des Thesmophorienfestes), Erläuterungen über das Wesen jungfräulicher Göttinnen, besonders der Athene und ihrer Feste und der Vesta, der dritte einen geschichtlichen Überblick.